¶ Tertio si sic sequeretur quod non deberent poni leges dominis et seruis consequens ē falsum et probatur consequentia quia natura sufficeret. ¶ Ad rationes istas respondetur. Ad primam quando dicitur sequeretur. &c. Pro solutione sciendum est quod aliqua sunt de iure que sic se habent quod per leges positiuas possunt compelli: vt reddere vnicuiqꝫ quod suus est. Alia sunt que sic se habent quod talia non possunt compelli et causa est quia talia sūt nobis ignota et inmanifesta scilicet quod aliquis sit talis qui sit rudis anima ergo non deberet cōpelli. negatur cōsequentia, quia non ē nobis manifestum qui sunt illi qui sunt nati ad seruiendum. ¶ Ad secundam quādo dicitur quod aliquis est dñs. &c. conceditur quod aliquis est dñs iiciatiue naturaliter licet sit completiue ab electione. ¶ Ad tertiam negatur consequentia quia naturales homines aliquando cōtra naturales appetitus per malas et prauas cogitationes. &c. ergo ponēde sunt leges. (Rñdetur)

¶ Quantum ad tercium articulum est videndū vtrū aliquis sit aliter seru⁹ q̄ de iure naturali et respondebitur ad questionem pro primo sunt suppositiones et distinctiones. (Terti⁹ articulus.)

¶ Primo notandum est quod duplex est seruitus. qdā ē a natura alia est a fortuna: a natura qdē est aliquis seruus naturaliter scilicet qui non ē mente prouidus: seruitus a fortuna ē illa que prouenit ex coactione scilicet propter belluʒ propter necessitatem et sic de alijs scilicet de indigentia cibi. (Primū notabile duplex seruitus)

¶ Secundo notanduʒ Est qd bellū ex quo consequitur seruitus est duplex scilicet iustum et iniustum. si sit iustum seruit⁹ inde secuta est iusta et lex ponit etiam eam. (Duplex belluʒ)

¶ Tertio notandum est quod bellum iustuʒ potest esse duplex quoddam est pro illis qui nati sunt seruire et nolunt scilicet robusti. aliū est bellum iniustum quod fit ꝑpter alias causas scilicet deffensiones rei publice. (Tertiū duplex bellū iustum)

¶ Quarto notandum est quod vnicuiqꝫ expedit operari prout proprij mores expetunt ista propositio est philosophi primo huius et tamen debet supponi quod tales mores sint boni & virtuosi. Ex quo inferunt expositores qd si aliqs natus ē subici et non principari expetit quod ipse subiciatur quia hoc est propter proprios mores. (Quartus)

¶ Quinto notandum Est quod licite in fauorem iuste bellandi legislator potest alios ad principatum inducere. (Quintus)

¶ Sexto notādum est quod seruitus existens in habitudine serui ad naturalē dominum dicitur quasi naturalis istud est philosophi. His dictis ponuntur propositiones. (Sextum.)

¶ Prima propositio seruitus prouenientens ex bello iusto inito contra iustos natos subici et tamen nolunt subici est naturalis probatur quia tale bellum est iustū & contra naturales seruos. Et si obiceret aliquis talis seruitus est ex coactione scilicet bello igitur. &c. pater consequentia et antecedens est notum quia fit ex bello iusto. Ad hoc respondetur distinguendo de coactione. Nam illa ē duplex quedam est illicita et iniusta scilicetꝗ fertur contra illos contra quos non debet ifertī et illa non est naturalis. alia est iusta et licita que fit contra quos debet ferri et qñ debʒ fer- (Prima ppositio)

tit et talis coactio non impedit quin talis seruitus sit naturalis Modo sic respondetur ad argumentum.

Secunda

℄ Secunda conclusio seruitus ꝓpter aliam causam q̄ propter bellum initum contra natos subici et nolentes esse serui non est naturalis. probatur nam stat quod talis seruitus non sit naturalis igitur. &c. patet consequentia et antecedens apparet ī bello in quo essent aliqui nobiles qui haberent rectam causam et iustam qui vincerentur tamen nō oportet quod illi deuicti sint serui quia per oppositum sūt liberi famosissimi.

Tertia

℄ Tercia conclusio seruitus que prouenit propter aliam causas q̄ propter bellum initum contra seruos naturaliter est de iure ciuili politico vel naturali probatur quia talis seruit⁹ est de iure ciuili & non naturali igitur. &c. consequentia patet & antecedens per predicta.

Quarta

℄ Quarta conclusio lex instituens seruitutem de qua dictum est in secunda et tercia conclusionibus est iusta probatur. quia legislator potest instituere seruitutem ad fauorem iuste bellantiū igitur. &c. patet consequentia et antecedens apparet per vnam suppositionem quia quantum ē possibile legislator debet eē fauorabilis iuste pugnātibus. Ex his sequitur correlarie quod aliquis est de iure seruus etiam de iure naturali. Secūdo sequitur quod stat seruitus de iure ī homine libero naturaliter apparet supponendo quod in bello iusto essent due partes quarum vna crederet habere bonam et iustam causā licet nō haberet et essent nobiles tunc si tales deuincerētur essēt de iure serui vt patet satis. Tercio sequitur.

Ultima responsiua.

℄ Conclusio responsiua ad questionem primam quod aliquis est seruus de iure naturali et etiam de iure ciuili vel politico vel legali vel positiuo.

Ad rōnes questionis

℄ Ad rationes q̄stionis. Ad primam dicitur quod hoc veruȝ ē in statu innocentie sed nūc ieta est propter peccatum. &c. ℄ Ad secundam quando dicitur quia nullus est seruus de iure ciuili negatur hoc immo est aliquis seruus de iure legali vt patet ex dictis. ℄ Ad terciam quando dicitur sic seq̄retur quod aliquis posset remouere ab alio. &c. negatur consequentia quando dicitur vnusq̄sq̄ nascitur liber negatur illa prout libertas opponitur seruituti naturali quia aliqui nascuntur qui postea nesciūt mente prouidere ℄ Ad quartū quando dicitur quod quilibet habēs vsum rationis. &c. Dicitur quod si talis habet vsum rationis integre et incorrupte tunc conceditur cū hoc tamen stat quod quilibet homo non habet perfecte vsum rationis. ℄ Ad quintam cuȝ dicitur sequeretur quod aliquis posset cogi. &c. de ratione ista visum est in secundo articulo negando consequentiaȝ quia dictum est quod aliqua sunt manifesta & ad illa possunt cogi sicut reddere alicui quod suū est et sic licite possunt cogi. Alia sunt inmanifesta et sic imanifestum est quis scit mēte ꝓuidere et quis non. ideo non debet cogi. sed si hoc fuerit manifestum potest cogi. ℄ Ad sextam quando dicitur per hoc esset. &c. dicitur qđ de iure legali ita est de seruo captiuato et capto in bello iusto vt dictum est. Alia patent ex dictis. ℄ Ratio post oppositum est pro cōclusione responsali.

℄ QVESTIO. VIII.



Queritur octauo. Vtruȝ ex bonis parentibus nascantur sēper boni filij et

Arguitur

Arguitur primo quod sic auctoritate philosophi ī isto primo capitulo tercio ex ambabus progenitricib⁹ radicib⁹ quis dignificabit seruū. ℄ Secunda auctoritas est philosophi ꝓ mo huius dignificant autem quemadmodum ex bestia bestiā ex hoīe hoīem. ex bono bonū ℄ Tercia auctoritas est xp̄i mathei septimo capitulo dicentis quod bona arbor bonos fructus facit. ℄ Secundo ratione sic vnumquodq̄ ens naturale naturaliter inclinatur ad ꝓducendum simile sibi ergo inclinatur ad producendum bonum hominem. patet consequentia. et antecedens probatur inductiue inducēdo de quolibet. quia nisi sic iclinatio esset frustra. Secundo bonus homo secunduȝ corpus generat bonum secundum corpus ergo bon⁹ secundum animam generat bonum secundū animam igitur. &c. patet consequētia prima quia anima sequitur corpus et secunda est nota & antecedens apparet in multis. Nam videmus quod pulchri homines producunt filios pulchros. Et turpes turpes.

In oppositum.

℄ Oppositū arguitur Nam si sic sequeretur quod boni filij propter suam bonitatem non debent laudari consequens est falsum. Et probatur consequētia quia pro illo quod inest a natura nemo laudatur nec vituperatur. ℄ Secundo boni filij fiunt boni per consuetudinem bonam et assuefactionem igitur. &c. patet consequentia et antecedens apparet. quia homo virtuosus fit et bonus ex consuetudine vt patet per philosophum secundo ethicorum vt non parum differunt. &c. In questione erunt tres articuli. In primo videbitur in quo consistit bonitas. In secundo respondebitur ad quesitum. In tertio mouebuntur quedam dubia

Primus articulus primum notabile

Quantum ad primum articulum. Primo notandum est quod duplex est bonuȝ Quod

Duplex bonū

dam est entis bonum. Et aliud bonum moris de bono entis quilibet homo quantum habet de entitate tantum habet de bonitate & sic concedendum est quod dyabolus est melior homine. Secundo notandum est quod duplices sunt actus humani. Quidam sunt simpliciter boni vt diligere deum. Alij sunt non simpliciter boni vt sunt illi q possunt malefieri vt dare elemosinam ieiunare. Tertio notandum. Est quod in homine ratio potest se habere dupliciter. Vno modo prout est recta ratiocinans secundum veritatem. Alia est ratio peruersa que obedit appetitui sensitiuo scilicet dictans contra verum iudicium & illa est in homine vicioso. Quarto notandum quod magna est differentia inter elicere actum bonum & elicere actum bene electum. quia ad hoc quod actus sit bonus sufficit quod sit de genere boni & ad hoc quod actus sit bene electus requiritur quod eliciatur secundum dictamen recte rationis His suppositis sit. Prima conclusio homo non dicitur bonus moraliter quia facit actum bonum de genere boni probatur quoniam si sic sequeretur quod dando elemosinam propter vanam gloriam & eundo tali modo ad ecclesiam fieret homo virtuosus consequens est falsum patet consequentia quia talis facit actum bonum in genere boni. Secunda conclusio ad hoc quod aliquis sit bonus oportet quod operetur secundum actum bonum bene probatur. quia homo non dicitur bonus nisi operetur secundum quod recta ratio dictauerit igitur patet consequentia & antecedens: ex istis patet quod bonitas hominis moralis non consistit in bonis fortune siue corporis. Ideo dicit philosophus primo ethicorum quod non omino felix est qui specie turpissimus est. &c. volebat dicere quod felicitas consistit in bonis corporis organice & instrumentaliter scilicet in quantum seruiunt tali felicitati.

Quantum ad secundum. Videndum est de quesito. Pro quo notandum est quod aliquis potest dici dupliciter bonus. Vno modo in actu perfecto scilicet quod actualiter habet virtutes Alio modo solum inclinatiue scilicet quia habet inclinationem naturalem facilem ad faciendum bonum. Ideo dicit philosophus quod sunt alique virtutes que insunt naturaliter aliquibus scilicet inclinatiue. Ex quo sequitur correlarie quod quando queritur &c. hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo vtrum nascantur boni filij inclinatiue. Alio modo vtrum nascantur boni filij scilicet in actu perfecto.

Secundo notandum est quod dicit beatus thomas quod bona proportio qualitatum complexionabilium multum proficit ad qualitatem anime & hoc probat auctoritate philosophi dicentis molles carne aptos mente dicimus esse & etiam sequitur anima corpus & hoc satis patet ratione quia ex illa complexione consurgit quod sensus sunt viuatiores igitur &c. Tertio notandum est & primo supponitur quod communiter ex patribus bene complexionatis nascuntur vt in pluribus filij naturaliter bene complexionati & hoc probat expositor quidam nam semen quod decidit ex nutrimento patris ex puro decidit & nascitur filius melius complexionatus & hoc est verum vt in pluribus quia stat parentes bonos malum filium producere & econtra tunc sit. Prima conclusio loquendo de bonis filijs in actu perfecto ex bonis parentibus non nascuntur boni filij naturaliter. patet per rationes post oppositum.

Secunda propositio loquendo de bonis filijs inclinatiue ex bonis parentibus vt in pluribus nascuntur boni filij naturaliter probatur nam ex parentibus bene complexionatis generantur filij bene complexionati igitur &c. patet consequentia per notabile & antecedens apparet. dicitur notanter vt in pluribus quia dicit philosophus natura vult hoc semper licet quandoque non posset. Et hec de secundo articulo. Quantum ad tercium articulum circa materiam questionis mouetur dubium. Vtrum cuicunque natura dat animam nobilem det ei nobile corpus & econtra vtrum cui natura dat animam seruilem det etiam corpus seruile. Et arguitur pro prima parte quod sic nam natura dat vnicuique secundum quod melius est igitur &c. patet consequentia & antecedens apparet quia ars imitatur naturam in quantum potest. Secundo sic si anima est nobilis ipsa habet nobiles & bonas operationes & si habet bonas operationes corpus habet nobile igitur &c probatur consequentia & antecedens apparet de primo ad vltimum sed patet antecedens. Primo probatur conditionalis. quia secundum veritatem non dicitur anima nobilis nisi respectu operationis nobilis. Et probatur secunda consequentia quia corpus dicitur instrumentum mediante quo anima agit modo agens principale non potest bene agere sine bono instrumento. Deinde arguitur quod hoc sit econtrario nam si non sequitur quod anima non insequitur corpus consequens est falsum patet consequentia quia si corpus est nobile & anima innobilis tunc anima non sequitur corpus. Deinde pro secunda parte dubitationis arguitur auctoritate alberti dicentis quod monstrum in corpore est monstrum in anima. Secundo si sic sequeretur quod na

Marginal notes (left column): Secundum. Duplices sunt actus humani. — Tercium Ratio dupliciter potest se habere — Quartum. Duplex modus eliciendi. — Prima conclusio. — Secunda conclusio. — Secundus articulus Primum notabile dupliciter quis dicitur bonus.

Marginal notes (right column): Secundum notabile de bona proportione qualitatum. — Tercium de filijs ex patribus bene complexionatis. — Prima conclusio. — Secunda — Tercius articulus de nobilitate ad corpus. — Arguitur affirmatiue. — Arguitur negatiue.

tura faceret aliquid frustra consequens est falsum & pars consequentia quia si anima sit nobilis & corpus non: tunc anima non potest exercere operationes bonas & ita nobilitas anime esset frustra. ¶ Oppositum est de intentione philosophi quod natura in quantum potest intendit dare anime nobili corpus nobile & econtra tamen oppositum communiter accidit.

Primum notabile quo anima nobilis

¶ Pro euidentia dubitationis primo sunt notabilia. secundo conclusiones. ¶ Primo notandum est quod in proposito per animam nobilem debemus intelligere animam habentem vsum rationis debitum que est disposita ad recte operandum vt preuidere futura secundum quod debet. Sed anima innobilis debz dici per oppositum Istud notabile est philosophi dicentis quod dominus est qui potest mente prouidere. & seruus non. Sed alio modo res dicitur nobilis quando est bene disposita ad finem ad quem facta est. Ex illo sequitur correlarie quod nullus vitiosus habz animam nobilem. patet quia talis anima nō habet vsum rōnis. Istud notabile est de intentione philosophi & philosophorum dicentium quod nobilitas sola est que animam moribus ornat. ¶ Secundo

Secundum tripliciter corpus nobile.

notandum est quod corpus dicitur nobile tripliciter. Vno modo quantum ad dispositiones interiores. Secundo modo quo ad dispositiones exteriores scz ad vires sensitiuas. Tercio modo quo ad dispositiones interiores & exteriores simul ista nobilitas corporis ē optima / quia includit duas primas ¶ Tercio notandum est

Tercium tripliciter corpus dicitur seruile

quod proportionabiliter corpus tribus modis potest dici innobile & seruile. Vno modo quantum ad dispositiones exteriores vt sunt naui &c. & sic de alijs secundum modos quibus dicitur nobile per oppositum dicitur innobile.

Quartum.

¶ Quarto notandum est quod licet intellectus nō sit virtus organica tamen prout est coniunctus nature non exercet operationes nisi mediante iuuamine corporis. Prima pars notabilis nota est secunda pars patet per omnes naturales

Prima conclusio.

His premissis ponuntur alique conclusiones. ¶ Prima cōclusio cuicunque natura dat animam nobilem ipsa etiā dat ei corpus nobile quo ad dispositiones interiores. Probatur conclusio quia cuicunque natura dat animam nobilem dat ei illud per quod potest exercere suas operationes igitur patet consequentia & aīs patet quia alias anima nō dicitur nobilis nisi quantum ad opationes. ¶ Secunda conclusio cuicunque natura dat corpus seruile quo ad dispositiones interiores etiam dat animam seruilem

Secunda.

illa conclusio probatur quia si corpus non potest debite exercere suas operationes tunc anima est innobilis. ¶ Tercia conclusio nō cuicū

Ultima

que natura dat corpus seruile quantum ad exteriora dat animam seruilem probatur quia stat quod anima sit nobilis & corpus ad extra sit difforme & sic patet quid sit dicendum. ¶ Ad rationes dubij. Ad primam quando dicitur sic ē in artificio artificis &c. conceditur hoc quo ad materia & quādo dicitur quod artifex disponit materiam &c. conceditur hoc etiam cōceditur quod natura producens animam nobilem producit materiam nobilem in qua potest cōseruari & hoc est verum si ipsa potest conseruari. Ad secundam dicitur quod hoc oportet quantum ad dispositiones interiores. ¶ Ad terciam quando dicitur anima sequitur corpus dicitur quod hoc est verum tanquam ad interiora scilicet si corpus est nobile quantum ad dispositiones interiores anima est nobilis. ¶ Ad quartam de auctoritate alberti dicitur quod hoc est verum quod mōstrum in corpore scilicet quantum ad dispositiones interiores est monstrum in anima sed nō oportet quantum ad dispositiones exteriores. ¶ Ad quintam negatur consequētia quia stat quod dispositio exterior nihil īpedit nec agat sed si mala sit dispositio exterior tunc bene sequitur propositum. & hoc de tercio.

Ad rationes dubij

¶ Ad primam que continebat tres auctoritates. Ad primam auctoritatem ex duabus &c. Secunda erat etiam dignificabant &c. dicitur quod ille due intelliguntur quod in pluribus prouenit licet natura quandoque faciat oppositum propter defectum. ¶ Tercia auctoritas est saluatoris & intelligitur eodē modo. ¶ Ad secundam quando dicitur natura intendit producere ex simili simile conceditur hoc & negetur consequentia quia tunc non oportz producere moraliter bonos filios sed bene bonos filios per naturam. ¶ Ad terciam conceditur antecedens quo ad bona naturalia igitur etiam anima & cetera. negatur consequētia quia anima est agens liberum & habet libertatem ideo dicit Seneca turpitudo corporis animam non maculat & hoc prouenit ratione libertatis anime. ¶ Ratio post oppositum est pro dictis in conclusione.

Ad rationes questionis

¶ Questio nona.

Arguitur



Queritur nono. Utrum aliquis sit nobilis seu ingenuus a natura. Arguitur primo quod non nullus est nobilis seu ingenuus a natura nisi a virtute sed virtus non est a natura: igitur & cetera. Patet consequentia & maior per tullium dicentem dictum est ab eruditis viris sapientem esse nobilem vel liberum vbi vult q solus sapiens est nobilis minor patet quia virtus est habitus acquisitus per operationes nostras. ¶ Secundo si sic maxime esset de nobilitate generis s; per istam nobilitatem nullus debet dici ingenuus aut nobilis: igitur & cetera. patet consequentia & maior & minor p; per Boetiū dicentem a nobilitate aliena nullus dicit aliquem esse nobilem vel clarū & per hoc habetur qd per talem nobilitatem nullus dicitur nobilis. ¶ Tercio sola nobilitas est que animum moribus & scientijs ornat & illa non est a natura igitur & cetera. Consequentia patet Et maior patet: quia illa dicitur nobilitas sola que animum moribus ornat. Minor est nota quia anima est tanquam tabula in qua nihil depictum est. ¶ Quarto si sic, vel hoc esset a materia vel a forma: sed nullum istorum est dicendum: igitur & cetera. Consequentia patet & maior a sufficienti diuisione. Minor probatur non a forma quia illa dat esse: sed non dat esse nobile: quia sic omnes essent equaliter nobiles: nec etiam a materia. vt patet. ¶ Quinto sic. Nobilitas est a diuicijs: igitur & cetera. Consequentia patet. Antecedens est Senece dicentis q nobilitas nihil aliud est q̄ diuicie antiquate: modo manifestum est q diuicie sūt fortune subiecte.

In opposi tum

¶ Oppositum est de intentiōe philosophi primo huius capitulo primo dicentis. q aliquis est seruus a natura. postea concludit. eodem modo dicendum est de nobilitate & ingenuitate. ¶ In ista questione erunt tres articuli. In primo mouebitur dubium de electione principis ad populum In secundo respondebitur ad questiōnē. In tercio mouebuntur dubitationes circa electionem principis.

Primus ar ticulus Dubium de eligendo prīcipem.

¶ Quantum ad primū est dubiū Hoc posito q Sor. & Plato sic se habeāt q Sor. sit pulchrior platone corpe & robustior virib corpis: & Pla. sit difformis corpe & sit mēte ꝓꝑidētior & q oportet vnū illorū eligi a ppl̄o q̄rit̄ quis illorū melius debet eligi a ppl̄o in principē. Arguitur q fortes sit melius eligendus a populo in principem. nam dicit philosophus primo huius q si tm̄ fiant differentes corpore solum quantum eorum imagines sunt deformes homines dicēt dignos alijs seruire quasi dicendo. q difformes debent alijs seruire & sic ad ꝓpositum. ¶ Secundo. nā dicit Porphi. q priamus propter sui formositatem dignus fuit imperio igitur ad propositum. ¶ Tercio inter omnes ceteros ille deb; eligi cuius aspectus potest plus augmentare amorem subditis & timore; inducere suis hostibus: sed sic est de for. igitur & cetera. Patet consequētia & maior est nota ex terminis minor ꝓbatur quia postq̄ for. est pulcher homo magis placet subditis q̄ plato & magis terret hostes propter aptitudinem ad bellandum.

In opposi tum

¶ In oppositum arguitur. nam dicit philosophus expresse q si ille qui alios excellit in viribus corporis alijs debeat principare merito magis ille qui excedit alios in viribus anime.

Primū no tabile

¶ Pro isto dubio est notandum. q formositas hominis & robur siue prudentia anime multum plus est nocumentum q̄ perfectio: & ideo dicit philosophus q propter pulchritudinem & diuicias multi perierunt.

Secundum

¶ Secundo notandum est. q ad bonum regimen reipu. plus debet attendi in principibus prudentia q̄ vires corporis. patet quia multo melius policia regitur per prudentes q̄ per imprudentes.

Tercium

¶ Tercio notandum est q fortes in casu posito potest tripliciter comparari ad platonem. vno modo quia habet equaliter prudentiam cum fortitudine & formositate. Secundo quia cum ipsis virtutibus corporalibus habet sufficientem prudentiam ad regendum se & populum. Tercio q sit omnino imprudens licet habeat illa bona corporis

Quartum

¶ Quarto sciendum est. q vbi cetera sunt paria magis eligendus esset ille in principem q esset pulchrior formosior virtuosior & aptior ad bellandum. patet quia si haberet prudentiam sufficientem ipse terreret hostes & cetera. ¶ Hijs positis ponuntur propositiones

Prīa ꝑō

¶ Prima propositio. Si fortes in casu dicto cū hoc esset prudens: tunc plato non esset eligendus. Patet ex dictis.

Secunda conclusio

¶ Secunda propositio si fortes cum hoc in casu dicto haberet sufficientem discretionem ad regimen reipublice ipse esset magis eligendus. Patet quia ipse est aptior.

Tercia

¶ Tercia propositio probabilis. si fortes habeat illa predicta & cū hoc prudentiam sufficientem adhuc fortes est eligendus prius platone: licet plato sit prudentior. Patet quia licet plato haberet prudentiam tamen deficeret in dictis tribus: igitur & cetera. ¶ Ex istis sequitur correlarie. q non semper magis est eligendus prudentior. sed vtilior id est virtuosior.

Ad ratiōes dubij

¶ Hijs dictis soluuntur rationes. ¶ Ad primam dicitur q Philosophus intellexit autoritatem vbi cetera sunt paria scilicet si talis haberet prudentiam. ¶ Secundo potest intelligi. q sit eligendus si

talis habeat prudentiam sufficientem. ¶ Ad autoritatem Porphirij. Dicitur q priamus fuit prudens/ & ideo dignus. ¶ Quantu ad secundum articulum. Videndum est de questione loquendo de nobilitate communiter dicta.

Secundus articulus.

Primum notabile

¶ Et est notandum primo q illa nomina nobilis/ingenuus/generosus sunt sinonima/ sed si stricte accipiantur. Ingenuus dicitur ille qui postq natus est dicitur liber immediate. Sed ille dicitur nobilis qui est genitus ex parentibus virtuosis. Sed generosus dicitur qui non generat vitra.

Secundum

¶ Secundo sciendum est q populares vocant gentiles nobiles/ & hoc propter duas causas. Vna quia sunt geniti tales. Secunda quia generant tales.

Tercium.

¶ Tercio notandu est q felicitas no consistit in bonis interioribus corporis/ nec i bonis exterioribus: na felicitate non cotingit male vti: sed bene deseruiut felicitati organice. ¶ Ideo dicit philosophus q non omnino felix est qui specie turpissimus e/aut ignobilis/aut sine ple.

Quartum in quibus consistat felicitas

¶ Quarto Notandum est. q veraciter felicitas consistit in bonis anime/ & in eius bonis operationibus. ¶ Ex quo sequitur veraciter q operatio virtutis est nobilior virtute. Patet quia virtus est ratione operationis.

Quintum

¶ Quinto sciendum est q vera libertas reperitur in virtute & solum in illa. ¶ Vnde tunc aliquis dicitur dominus qui dominatur viribus suis. ¶ Ex quo sequitur. q vitiosus est seruus & non liber.

Sextum

¶ Sexto notandum est. q quilibet homo habens vsum rationis talem potest libertatem acquirere. Patet quia potest declinare mala & facere bona. ¶ Ex quo sequitur q si aliquis perdiderit vsum rationis non ex culpa q talis non operatur bene vel moraliter/ & per consequens talis non est bonus/ neq malus moraliter. Et dicitur notanter non ex culpa sua quia si cum culpa esset peccaret. Et ideo dicit Philosophus. q ebrio debentur duplices increpationes: scilicet propter factum & ebrietatem.

Septimum

¶ Septimo Notandum est q aliqui a principio natiuitatis sue sunt inclinati ad virtutes & aliqui ad vitia. Et ideo dicit Philosophus. q aliqui tales sunt confestim a natiuitate/ & cum omnibus istis inclinationibus stat liberum arbitrium.

Octauum

¶ Octauo sciendum. q cum queritur Vtrum aliquis sit nobilis & cetera. Potest intelligi dupliciter. ¶ Vno modo q a natiuitate habeat nobilitatem perfectam in actu perfecto: quia contrahit eam a parentibus. ¶ Alio modo quia habet nobilitatem inclinatiue. quia habet inclinationem ad acquirendum talem nobilitate.

Prima conclusio

¶ Hijs dictis ponuntur alique conclusiones. Prima conclusio est. Vera nobilitas est ab intrinseco: scilicet a virtute anime hominis vel bonitate. Probatur. Nam nobilitas est felicitas que potest haberi in isto statu: sed talis felicitas est ab intrinseco: igitur & cetera. Conclusio patet & maior apparet. quia vera nobilitas est libertas/et libertas est felicitas: igitur & cetera. Minor est nota. ¶ Secundo confirmatur. quia si non sequeretur q libertas non esset in hominis potestate. Consequens est falsum. Et patet consequentia etiam. quia anima in principio creationis sue est tanquam tabula rasa in qua nihil est depictum.

Secunda.

¶ Secunda conclusio. Talis nobilitas inest a natura in clinatiue seu ichoatiue. Probatur quia dictu e q aliqui a natiuitate sunt inclinati ad virtutes & aliqui ad vitia: igitur & cetera. Consequentia patet per philosophum qui vocat aliquos bene natos/ & aliquos male.

Tertia.

¶ Tertia conclusio. Esse ex nobili prosapia ex viris nobilibus & ingenuis. loquendo de nobilitate impropie dicta Est signum talis inclinationis ad nobilitatem veram. Probatur conclusio ex quadruplici radice/scilicet ex parte diuiciaru/ ex parte similitudinis sicvnum quodq ens naturale appetit producere sibi simile. Et ob hoc dicit philosophus q ex duabus progeniebus nobilibus quis dignificat quasi diceret nullus & cetera. Secundo ex parte diuiciaru. Quoniam si ex antiquis scilicet aui & proaui fuerunt diuites: signum est q bene acquisiuerunt diuicias. Et ideo dicitur per oppositum de male acquisitis non gaudebit tercius heres. Tercio ex parte nutrimentorum. quia si nutriti ex bonis cibarijs & subtilibus & inde fit nobilis complexio: & talis complexio conformat se rationi: ideo dicit philosophus secundo rhetorice q differentia cibi facit vitas differentes. Quarto ex parte doctrine. Nam tales filios suos tradunt imbuendos in varijs doctrinis. Ideo dicit philosophus secudo rhetorice hoc idem & cetera.

Tertius articulus

¶ Quantum ad tercium sunt dubitationes. Prima est. ¶ Vtrum filius sit laudandus vel honorandus propter nobilitatem parentum?

Primu dubium

Arguitur.

¶ Arguitur primo q non. Nullus est laudandus nec vituperandus nisi propter bonum proprium & intrinsecum: sed nobilitas parentum est extrinseca filio: igitur & cetera. Consequentia patet. Et maior est Boecij. Secundo stat parentes esse nobiles & filios vitiosos: igitur & cetera. Patet consequentia quia soli boni homines sunt laudandi.

In oppositum.

¶ In oppositum Arguitur quia policia bene regulata permittit tales filios honorari propter nobilitatem: & cetera. patet cosequetia quia nisi sic policia hoc non permitteret eo q nihil facit sine bona rone

Primum notabile ¶Pro intellectu questionis. Notandu3 est q ex bonis parentibus nascuntur boni filij inici atiue seu inclinatiue: licet non in actu perfecto Ista suppositio patet ex prius dictis: quia bona complexio valet ad nobilitatem anime Et dicitur non in actu perfecto: quia acquiritur

Secundus tur virtus ex proprijs actibus. ¶Secundo notandum q titulus dubitationis potest intelligi dupliciter. Vno modo q sint laudandi sicut boni & virtuosi Secundo. Non tanquam boni formaliter: sed tanquam signum bonitatis: quemadmodum laudamus vrinam i scilicet quia monstrat sanitatem.

Tercium nobilitas duplex ¶Tertio notandum est. q nobilitas est duplex. Quedam est dicta simpliciter que consistit in bonis anime virtutibus. Alia est methaphorica qua3 communes & populares vocant nobilitatem.

Quartum ¶Quarto notandum est. q licet solum boni sint laudandi scilicet quia sunt digni honore Veruntamen aliquando alij sunt laudandi: non quia digni honore: sed i ordine ad aliud: vt si sacerdos habeat principem vitiosum debet ipsum corrigere coram communitate.

Prima conclusio ¶Tunc sit hec prima conclusio Filij non sunt laudandi tanqua3 boni secundum se propter nobilitatem parentum. Patet quia filij nō sūt secundum se boni propter nobilitatem parentum

Secunda. ¶Secunda propositio. Filij sunt laudandi tanquam signa bonoru3 propter nobilitatem parentum: patet quia filii bonorum parentum representant bona signa propter nobilitatem parentum ¶Ex quo sequit q si li errāt qui filios laudāt tanq̄ sed3 se bonos propter nobilitatē parētū & sic patet responsio

Ad rationes dubii. ¶Ad rationes. prima est pro prima conclusione. Ratio post oppositum est pro secunda conclusione.

Secundu3 dubium. ¶Secunda dubitatio Vtrum aliquo modo sit concedendum ingenuitatem siue nobilitatem esse in exterioribus? ¶Et

Arguitur. Arguitur q sic Autoritate Senece dicentis. q nobilitas nihil aliud est q̄ diuitie inuete

In opposi tum rate. ¶In oppositum Arguitur. Felicitas non consistit in illis: igitur & cetera. Consequentia patet quia nobilitas est ex bonis anime.

Primum notabile. ¶Pro solutione Notandum primo est. q nobilitatem consistere in bonis exterioribus potest intelligi dupliciter. ¶Vno modo q insit nobilitas arguitiue scilicet quia Itali prosapia fuerunt aui & proaui diuites de linea i lineam/ & tunc bene diceretur siue arguitur. q diuicie sunt bene acquisite/ & tunc dicitur

Secundus nobilis. ¶Secundo notandum est q diuitijs exterioribus; secundum se consideratis contigit bene vti/ & male moraliter. & ideo dicit philosophus primo ethicorum. q propter diuicias multi perierunt/ & etiam diuicie ordinate ad proprium finem & regulate sunt bone: & ipsis vt sic non contingit male vti. Vnde dicit philosophus quinto huius. q diuicie ornamenta sunt virtutum/ & itelligit de diuicijs quibus acquiruntur necessaria ad vitam/ & appetitus talium non est in infinitum & ille est naturalis.

Prima conclusio. ¶Istis positis sit Prima conclusio. q in diuitiis exterioribus secundum se consideratis: & bonis naturalibus non consistit vera nobilitas Pate quia ipsis vt sic contingit bene & male vti/ & sic nō est ibi libertas: ergo nec nobilitas

Secunda. ¶Secunda conclusio. Diuicie exteriores ordinate vt debent ordinari. Etiam bona naturalia sic ordinata pertinent ad nobilitatem organice. Ista conclusio est philosophi.

Tertia ¶Tercia conclusio. Nobilitas methaphorica consistit in bonis exterioribus siue in bonis nature. Ista conclusio est de intentione Senece dicentis. q diuicie antiquate sunt nobilitas. & sic pats responsio ad dubium.

Ad rationes questionis. ¶Ad rationes. ¶Ad primam cum dicitur. Nulla nobilitas est nisi illa que est a virtute. Conceditur de vera nobilitate. Et cum dicitur virtus non est a natura. verum est in actu perfecto: sed bene inclinatiue. quia dicit Philosophus q quidam inclinantur ad virtutes.

¶Ad secundam cu3 dicitur. si sic sequeretur & cetera. Dicitur q ratio bene arguit. quia licet filii bonorum parentum debeant laudari tanquam signa/ non tamen secundum se.

¶Ad terciam dicitur q ratio bene arguit. de vera nobilitate que est ex intrinseco bono.

¶Ad quartam dicitur q a forma & a materia inclinatiue ¶Ad quintam negatur consequentia. Et ad Seneca3 dicitur q loquitur de nobilitate arguitiue/ vt dictum est. quia illi sūt laudandi arguitiue. Etia3 posset dici. q loquitur de nobilitate impropie dicta & vulgari.

¶Ratio post oppositum est pro dictis in questione. Et pro dictis in notabilibus & dubitationibus.

¶De Seruientibus homini.

Questio decima

Arguitur. QVeritur Decimo. Vtrū plante & animalia alia ab homine sint propter hominem facte vel gratia hominis ¶Et Arguitur primo ꝙ non. quia plante & alia animalia ab homine sunt gratia suarum operationum: igitur &c. Patet consequentia qa homo non est operatio plante. Et antecedens est philosophi .ij. celi. Omne habens opus est gratia illius operationis ¶Secundo homines vti plantis & animalibus non est bonum plantarum & animalium: igitur Consequentia patet. quoniam si ita esset ꝙ homo esset finis illarum sic eis vti esset bonum: igitur Antecedens apparet: quia cum homines vtuntur plantis & animalibus/destruuntur plante & animalia. ¶Tercio sic. plante & alia animalia ab homine frequenter nocumentum inferunt homini: igitur. Consequentia patet. Et antecedens de multis feris & animalibus venenosis & de multis malis plantis. ¶Quarto. Nam si sic sequeretur ꝙ homo non esset perfectior plantis & alijs animalibus. Consequens est falsum Et probatur consequentia: quia sic esse hois dependeret a plātis & alijs animalibus in suo esse & dependens est minus nobile q̄ illud a quo dependet: igitur sequitur propositum

In opposi tum. ¶Oppositum est de intentiōe philosophi dicentis hic in primo ꝙ omnia alia animalia ab homine sunt gratia hominis. Et secundo phisicorum vbi dicit. ꝙ nos sumus quodammodo finis omnium. ¶In ista questione erunt tres articuli. In primo videbitur de questione principali. In secundo. vtrum aliqua alia animalia ab homine diuersificentur ab homine secundum diuersitates ciborum. In tercio articulo erunt dubitationes. ¶Quantum ad

Prim⁹ articul⁹. Primum notabile. primum articulum premittuntur due suppositiones. Prima est. ꝙ minus perfectum ordinatur ad magis perfectum tanquam in finem suum. Et hoc dicit philosophus ꝙ deterius est gratia melioris. etiam dicit philosophus ꝙ omnia alia a deo in ipsum deum tanquam in finem principaliter ordinantur Ex illo sequitur ꝙ non valet consequentia a magis est ne-

Secūdum cessarium q̄ b: ergo a est nobilius vel melius b. ¶Secundo notandum est. ꝙ in omni genere entium est semper vnum principalissimum & perfectissimum ad quod omnia alia eiusdem generis habent attributionem. Patet illa suppositio inductiue. Ideo dicit philosophus ꝙ i genere motus est vnus qui est omnium aliorū mensura. ¶Ex illo sequitur correlarie ꝙ philosophus pure naturalis habet concedere. ꝙ in tota ordinatione generum animalium est vnum ens independens. Et vlterius sequitur. ꝙ naturalis habet ponere naturaliter loquendo sine fide vnū primum independēs **Tercium** ¶Tertio notandū est. ꝙ vt in pluribus plante & animalia sunt nutrimenta ex quibus homo nutritur mediate vel immediate/que immediate transeunt in nutrimentum. **Quartum** ¶Quarto supponitur ꝙ natura non deficit in necessarijs/nec habundat in superfluis. ¶Ex quo sequitur correlarie. ꝙ natura nunq̄ intendit monstrum duodecimo methaphisice: quoniam natura ordinate agit. **Quintum** ¶Quinto sciendum est. ꝙ in aliqua specie quanto indiuidua sunt perfectiora tanto pluribus indigent ad sui perfectionē Patet. quia illa est causa quare post natiuitatem puer statim non ambulat. **Sextum.** ¶Sexto sciendum est. ꝙ natura semper in suis operationibus procedit a minus perfecto ad magis perfectum/vel ab imperfecto ad perfectum: ideo dixit philosophus ꝙ posteriora via generationis sunt priora via perfectiōis. Idem apparet in artificialibus. **Septimum** ¶Septimo notandum ꝙ natura semper in suis operationibus intendit ad decorem totius vniuersi ad quem decorem requiritur subordinatio entium totius vniuersi/& ob hoc natura abhorret vacuum.

Octauum. ¶Octauo supponitur. ꝙ inter entia illa que sunt cognitiua sunt perfectiora & nobiliora alijs non cognitiuis Et illa que sunt cognitia intellectualiter sunt nobiliora non cognitiuis tali modo. Patet quia cognoscere est principalissimum Modo quantum aliquid magis participat cū illo primo ente tantū dicitur nobili⁹. ¶Ex quo sequitur correlarie. ꝙ inter oīa animalia homo est nobilissimum. Patet. quia cognoscit intellectualiter.

¶Etiam sequitur correlarie ꝙ non valet consequentia. Hoc est magis durabile ergo est perfectius. Patet quia materia prima est infinite durationis quia est perpetua secundum philosophum: & tamen est minime perfectionis vt dicunt naturales philosophi.

Conclusio responsiua ¶Hijs notatis ponitur Conclusio responsiua ꝙ plante & animalia alia ab homine sunt gratia hominis & ꝓpter hominem. Probatur quia plante & animalia alia sūt res minus pfecte q̄ homo: igitur sequitur ꝙ ordinaꝰ ad hominē tanquam ad finem. Patet. cōsequētia per suppositionē. Et antecedens patet ex dictis. Secūdo probatur. Natura nunquam deficit in necessarijs: modo homo ad suum esse indiget nutrimentis: igiꝰ natura debuit ordinare nutrimenta pro ipso & talia sūt plante & aīalia igiꝰ &c.

¶Tercio sic. plante ordinantur in bruta vt in
de possint viuere. & bruta in animalia: & non
in alia q̄ in homines: igitur & cetera ¶Quar
to sic homo ordinatur ad plantas vel ad bru-
ta vel econtra sed homo nō ordinatur ad bru-
Correlaria. ta vel plantas: igitur & cetera. ¶Ex isto sequi
tur correlarie. ꝙ si homo ordinet plātas & a-
lia animalia ad alium finem: q̄ ad vitaȝ homi-
nis: ille homo non eis vtitur: sed abutitur. Pȝ
quia quis dicitur alio abuti quando non ordi
nat illud in proprium finem. ¶Secundo ꝙ si
homo vltra sufficientiam vtatur plantis vel a-
nimalibus brutis: ipse eis abutitur vt prius.
¶Tercio sequitur correlarie. ꝙ ille qui ven-
dit plantas & animalia bruta finaliter propter
habere pecunias eis abutitur. ¶Quarto se-
quitur ꝙ pecunia campsoria non est oatura-
lis. patet quia nō ordinatur in propriū finē na
turalem. ¶Quinto sequitur. ꝙ inter omnes
diuitias naturales plante & animalia alia sunt
ꝑfecto esdiuicie. Pȝ quia ordinantur in finē
Scd̄s arti culus. dubium in qua debent ordinari igitur. ¶Quantum
ad secundum videndum est vtruȝ vite anima
lium diuersificentur secundum ciboruȝ diuer
sitates. quia dicit philosophus secundo capi-
tulo ꝙ differentie ciborum differentea vitas
animaliuȝ fecerunt. Et Arguitur ꝙ non quia
Arguitur vite sunt priores diuersitate ciborum: igitur
& cetera. & patet consequentia quia priora nō
dependent a posterioribus. Et antecedēs ap-
paret quia semper prior est vita q̄ diuersitas
illius sȝ non causat per illud qd est in potesta
te sua: igitur. patet consequentia. Et maior &
In opposi tum minor apparet quia alimentū est in potestate
animalis. ¶Oppositum est de intentiōe phi-
losophi in loco preallegato. ¶Pro intellectu
Primū no- tabile triplici ter capitur vita questionis sunt aliqua notanda. Primo notan
dum est ꝙ hoc nomen vita tribus modis capi
tur. vno modo pro principio operationum vi-
talium. & sic anima est vita. secundo pro opa-
tione vitali. & sic dicit philosophꝰ scd̄o de aīa
ꝙ appetere est viuere prout appetitus viuētia
īclinat ad vite necessaria/ & sic capit Arist. qui
to ethicorum dicēs ꝙ illud quod aliquis ma-
xime appetit dicetur vita sua. Et exemplificat
sicut venator appetit venari: & philosophua
philosophari/ & hoc modo capitur in propo-
sito: scilicet vtrum viuentia habent diuersita-
Secundum tē inclinationum secundum diuersitatem ci-
borum. ¶Secundo notanduȝ est ꝙ nō ē pos-
sibile naturaliter aīal diu viuere sine cibo. Pȝ
ex philosophia. quia cito humidum radicale
consumeretur/ nisi alimentū prestaret. ¶Ex
Tercium isto sequitur ꝙ cibus ordinatur ad viuere.
¶Tercio notanduȝ est ꝙ animal naturaliter

appetit illud sine quo non potest diu viuere.
Patet per philosophum secundo huius. Et ꝓ-
batur ratione: animal appetit viuere & perma
nennam: ergo inclinatur ad illud sine quo nō
potest viuere. ¶Videtur secundo etiam anī-
malia pugnant propter cibuȝ: ergo & cetera.
¶Quarto sciendum est ꝙ animalia sunt du- Quartum duplicia aīa lia
plicia. quedam sunt que viuūt simpliciter vt
animata rapacia vt lupi vulpes/ & illa dicun-
tur animata vaga. Alia sunt que possunt con-
uiuere vt oues. Ex isto sequitur correlarie ꝙ
cum natura non deficiat in necessarijs. ex no-
tabili sequitur ꝙ natura diuersis animalibus
dedit diuersum modum acquirendi nutrimē
ta. Patet nā natura dedit aliquibꝰ aīalibus ꝙ
dn̄t simul viuere alijs oppositū ¶Quinto sciē Quintum de diuersita te cōplexio num
dum est ꝙ secundum diuersitatem complexi
onum sequitur frequenter diuersitas potenti-
arum inclinantium animam. Patet quia secū
dum diuersitatem complexionum sequitur
diuersitas inclinationum potentie anime. Et
hoc etiam dicit Seneca ꝙ educatio facit mo-
res. ¶Sexto notandum est. ꝙ secundum di- Sextum de diuersita te finium
uersitatem finium oportet esse diuersitatem
ordinatorū in illum finem patet quia secundū
exigentiam finis omnia ordinantur.
¶Septimo notandum est. ꝙ quanto vires a- Septimum
nime habent organa magis disposita/ tanto i-
clinantur magis ad virtuosas operationes con
cupiscendas. Patet per philosophum in litte-
ra quia anima sequitur corpus.
¶Istis notatis sit prima conclusio. Capiendo Pria ɔclo
vitaȝ primo modo vel secundo modo vita nō
diuersificatur secundum diuersitatem cibo-
rum. Ista propositio probatur per primam ra
tionem ante oppositum. ¶Secunda conclu- Secunda
sio. Capiendo vitam tercio modo vite anima
lium diuersificantur secundum diuersitatem
ciborū. probatur ista propositio. Naȝ secūdū
ciborum diuersitates diuersificantur comple
xiones anime. & ad diuersitatem complexio
num sequitur diuersitas inclinationuȝ: igitur
& cetera. Antecedens patet ex dictis. Correlaria.
¶Ex quo sequitur vlterius ꝙ quantum est ex
parte complexionum & ciborum/ illi qui deli
cate nutriuntur habent nobiliores & laudabi
liores operationes anime Et ideo dicit philo
sophꝰ. ꝙ filij diuitum et regum sunt nobilio-
res quo ad animam & corpus.
¶Secundo sequitur correlarie. ꝙ intellectus
humanus seu voluntas inclinatur aliquando
magis ad aliquas operationes q̄ ad alias.
¶Tercio sequit correlarie ꝙ bene natos si nu
triātur delicate facile est operatiōes bonas fa
cere. Et dicuntur bene nati qui iusti sunt. Vlte

rius concluditur ꝙ filij nobilium & diuitu; si vitiose operantur magis debēt increpari q̄ a-lij. Pat; quia sunt magis inclinati ad bene agere & sic cu; maiori motiuo peccant: q̄ alij qui non sunt filij diuitū.

Terci⁹ articulus

¶ Quantum ad terciū articulum mouende sunt dubitationes. Prima vtrum aliquis possit appetere malū. Secunda est vtrum qdlibet alatum quolib; iaiato sit pfecti⁹.

Primū dubium arguitur.

¶ Ad primū dubiū ar ꝙ sic. nā hō aliū appetit mori & taliter mori malū ē igit. cōna patet & ans apparet de obstinato. ¶ Scdo incontinens appetit fornicari & hoc est sibi malum: igitur. pt; cōna & ans est notum. ¶ Tercio aliquod agens appetit alicui⁹ effectus corruptionē igit. p; cōna quia generatio vnius ē corruptio alteri⁹. Et ans notū est.

In oppositum.

¶ In oppositum est philosophus primo ethicorū dicens ꝙ omia bonū appetunt.

Primū notabile

¶ Pro dubio est notandum ꝙ refert dicere malū appetere & appetere malum rōne mali de scdo videbit hic.

Scdm duplex malū

¶ Secundo sciendum est ꝙ duplex est malū sc; malū pene & illud bene stat cū virtute morali. aliud est malū culpe & illud non stat cu; virtute.

Tercium.

¶ Tercio est sciendū ꝙ qnq; aliqua duo adiuicē comparantur que sunt mala si se orsū capiant min⁹ malū habet rōnem boni in respectu scdi mali ideo dicit philosophus ꝙ de duobus malis min⁹ malum est faciendu;.

Quartum defectus iudicij in vicioso.

¶ Quarto sciendū est qd in hoie vicioso sēp ē defect⁹ in iudicijs ideo dicit philosoph⁹ secūdo ethicorū ꝙ ois mal⁹ est ignorās. qa in tali hoie ratio subicit appetitui & ideo ratio non dominat.

Quintum

¶ Quinto sciendū est ꝙ nihil est obiectū appetit⁹ nisi sub rōne bonitatis alicuius vel eligibilitatis apparet qa ois appetit⁹ vel ē naturalis vel est aialis: si aialis sic fit rōne eligibilitatis. si naturalis tunc sēp fit rōne bonitatis cū dirigat ab agēte infallibili.

Sextum

Sexto notandū est ꝙ lic; ens & bonū cōuertant tñ bonū denotat eligibilitatē & ens nihil cognotat.

Conclusio responsiua

¶ Hijs positis ponit cōclusio rñsiua null⁹ potest appetere malū sub rōne mali pt; quia null⁹ potest appetere nisi illud quod hab; terminare ꝑpriū obiectum appetit⁹ & illud est bonū rōne eligibilitatis: igit. Pt; cōna. & antecedēs ex dictis

Secund;.

¶ Secunda conclusio. appetitus frequēter fertur in malu; tñ hoc nō est sub ratione mali p; illa ꝑpositio de obstinato.

Ad ratiões dubij

¶ Ad rationes. Ad primā dīꝙ illud mori apparet sibi bonu;. igit illud mori appetit rōne eligibilitatis & boni. ¶ Ad secundā dicitur de incontinente ꝙ non est possibile ꝙ aliquis hēat actualem scientiā de hoc ꝙ fornicari est malus & ꝙ actu illo tēpore fornicetur. igitur dicitur ꝙ sibi videtur ꝙ fornicari est bonum. ¶ Ad terciam dicitur ꝙ natura est duplex. quedam est particularis scilicet forma hominis & illa appetit pmanentiam. alia est vniuersalis sc; intelligentia vl'is & illa bene appetit corruptionem entis particularis.

Scdm dubiū

¶ Secundum dubium. Vtrum quodlibet animatu; quolibet inanimato sit perfectius.

Arguitur

¶ Arguitur ꝙ non. quia celum circunscripta intelligentia est inanimatum & est pfectius quolibet animato: igitur &c. Consequentia & maior est nota. Et minor apparet quia circunscripta intelligentia adhuc celum est ppetuum & illud est nobilius.

In oppositum

¶ Oppositum Arguitur ex primo articulo ꝙ cib⁹ facit vitas differentes & cetera.

Primū notabile de duratiōe

¶ Pro quo notandu est. ꝙ diutior durano & permanentia non arguit maiorem perfectionem vt patet de lapide qui diutius durat q̄ homo tamen non est perfectior homine.

Secundum

¶ Secundo notandum est ꝙ quanto ens in plurib⁹ participat de primo ente tanto est perfectior. Patet satis.

Tercium.

¶ Tercio notandum est. ꝙ esse perpetuum non est predicatum simpliciter perfectionale. sed bene perpetuum independens & tale non est celū & sic sequitur correlarie ꝙ differunt primum ens siue deus & perpetuum & celum.

Conclusio responsiua

¶ Hijs positis fit cōclusio responsiua. quodlibet animatum quolibet inanimato est perfectius. Patet quia animatum in pluribus predicatis participat cum primo ente: quia inanimatu; est gratia animati: igitur & cetera.

Ad ratiões questionis

¶ Et tunc ad rationes ante oppositum. Patet solutio ex dictis. ¶ Ad primam negatur consequentia. Ad probationem dicitur ꝙ non est inconueniens ꝙ vnius & eiusdem sint plures fines sub ordinati. ¶ Ad secundam dicitur ꝙ est malū. quod negatur particulariter: sed non qd negatur vniuersaliter. ¶ Ad terciam conceditur ꝙ multa sunt animātia & cetera. Negatur cō sequentia. quia licet illa animālia homini noceant: tamen illa sunt gratia maiorum animalium que sunt gratia hominis immediate. ¶ Aliter dicitur ꝙ sunt propter homines. qa licet noceant tñ sunt propter hominem/eo ꝙ homo debet in hoc considerare suam fragilitatem vt cognoscat suum creatorem. ¶ Ad quartam negatur consequentia. Ad probationem dicitur ꝙ hoc non est inconueniēs ꝙ homo siue esse hominis dependeat ab alijs animalibus tanq̄ a causa māli/quia sunt nutrimēta hominis: sed nō in causa efficienti: quia sic solū dependent a deo. ¶ Ratio post oppositum est pro dictis in questione.

Questio .xi.

Arguitur

ciues peccare posito q̄ nulla lex sit posita a principe. ¶ Quantum ad primū primo notandum ē q̄ legislator qui debet homines in finem suum dirigere nō debet finem cōsiderare absolute: sꝫ in respectu ꝓut est applicabilis hominibus ordinatis in talem finē. Verbi gr̄a legislator vult q̄ homines sint boni: non debꝫ illum finem absolute cōsiderare q̄a aliqui sūt indociles aliqui rudes & sic de alijs. Ideo opꝫ respicere ad finem ꝓut applicabilis est hominibus. Ex hoc sequit̄ correlarie q̄ legislator in cōstituendo leges debꝫ respicere ad hoies & ad loca: scꝫ ad cōditiones hominum & patrie. ¶ Secūdo notādum est q̄ sicut in corpore humano subita mutatio multum nocet sic etiam subita mutatio legis multū nociua est. Patet quia efficacia a principe & cōsuetudine est: ergo si ex cōsuetudine antiqua fieret mutatio oriretur suspicio: quia ex quo longo tp̄e tenebatur lex. signum est q̄ fuit bona. ¶ Tercio notandum est q̄ in generali triplices sunt leges humane quedam sunt que respiciunt leges humanas. Nam quedam lex est in aliqua patria qua prim⁹ filius debet obtinere omnes possessiones vt in patria de caleto. Alie sunt q̄ respiciūt homines & dignitates. Alie sunt que respiciūt iudicia vt qui furabitur debet suspēdi. Et secundum diuersas leges sunt mutationes legis diuerse & male & magis periculose. Patet. nam si est lex in patria q̄ filij post patris mortem diuidant equaliter possessiones & bona relicta: si ista lex mutetur piculosum est Quarto sciendum est q̄ mutatio legis antiq̄ in mutatione noue legis melioris potest duobus modis fieri Vno modo subito & nō conuocando & quasi sine consensu. Alio modo paulatim & conuocando populum & cum eorum consensu. ¶ Quinto sciendū est q̄ si legislator debeat mutare legem antiquam in legem nouam/ debet videre que mala sequuntur sequendo primam: scꝫ antiquam legem. & tunc videre quot bona sequūtur tenēdo legem nouam & ista adinuicem per prudentiam cōparare. ¶ Sexto supponitur. q̄ legislator in omnibus suis actibus debet timere tumulum populi quia talis tumultus est causa dissentionis populi. ¶ Sit igitur prima conclusio. In casu in quo bona que sequūtur ad nouam legeꝫ nō sint multum meliora q̄ mala que sequūtur ex lege antiqua. Isto casu stante non est antiqua lex ei, incompossibilis abolenda sine conuocatione & consensu tocius populi. Patet per. Aristo. dicentem q̄ mutatio legis non est bona probatur etiam ratione: quia per hoc periret policia & p hoc oriretur dissentiones / iurgia/ & lites in policia. ¶ Secūda conclusio. In

Primū notabile de cōsideratione finis.

Secundū de subita mutatione legis

Tercium de triplici lege humana.

Quartū de mutatiōe legis antiq̄ in nouam

Quintū qd in illo considerandum

Sextū timēdū est a legislatore tumultus ppli

Prima conclusio

casu quo bona que sequūtur ad nouā legem
sunt multum maiora q̄ alia sint mala que con
sequūtur ad antiquam legē paulatim meliori
lege noua inuenta antiqua incompossibilis ei
cum consensu & cōuocatione populi est abo-
lenda.p3 cōclusio satis per rationem philoso-
phi in littera. Correlarie sequitur ꝙ non semp
illud quod est melius est faciēdum. Patet na3
capiatur lex āti qua & noua capiatur que me
lior est l3 nō multum in isto casu nō est antiq̄
lex abolenda & noua acceptanda. Patet quia
lex antiqua diu est seruata: ergo populus iudi
cat eam a patribus antiquis bonis & veris eē
Dubium
positam & ideo diu est seruata. ❡Quantū ad
secundum punctum est dubium supposito ꝙ
non sit aliqua lex posita a principe Vtrū possi
bile est ciues peccare & male agere. Arguitur
Arguitur.
ꝙ non quia in tali casu ciues ad nihil obligan
tur igitur cōsequētia patet quia nunq̄ aliquis
peccat nisi dimittat id ad qd̄ obligatur. Et an
tecedēs notū est. ❡Secūdo illo casu posito nl̄
la esset ꝓhibitio igitur. cōsequētia tenet quia
nullus peccat nisi faciendo ꝓhibitum. añs p3:
quia ibi nullum est preceptum nec affirmati-
In opposi-tum
uum neq3 negatiuum. ❡Oppositum arguit̄
illo casu stante possibile esset aliquem ciuiu3
victualia auferre ab aliquo existente in extre-
ma necessitate/& ibi esset peccatum igitur. p3
consequētia & maior/& minor quia hoc est fa
cere contra iusticiam & caritatem aliquem in
terficere & sic de alijs Secūdo staret aliquē pec
care cōtra legem nature: sc3 aliquē3 odire seip
Primū no-tabile.
sum vel aliquem interficere seipm̄. ❡Pro quo
Triplex est differētia le-gis hūane & naturalis
sciendum est ꝙ inter legem humanam & na-
turalem triplex est differentia. Prima est. nam
lex naturalis omnes homines habētes vsu3 ra
tionis obligat: siue sint iudei siue pharisei pu
ta ad amorem suiipsius: sed lex humana non
obligat homines indifferēter: sed hic & nō ali
bi. Secunda differentia est/quia in lege natu-
rali nō cadit dispensatio vt notū: sed cōtra le-
gem humanam bene cadit. Tercia differētia
est qm̄ lex naturalis nullo modo est mutabilis
Secūdum
sed lex humana est bene mutabilis. ❡Secun
Duplex pre-ceptū in po-licia.
do notandum est ꝙ in policia sunt duo prece
pta sc3 affirmatiuum & negatiuum Affirma-
tiuum est vt quilibet faciat quod licitum ē fie-
ri & sic de alijs. Preceptu3 negatiuu3 est quod
nullus faciat id quod non est licitum facere.
Tercium
❡Tercio notandum est ꝙ preceptum nega-
tiuum semp obligat ad actum exteriorem: s3
preceptum affirmatiuu3 non obligat ad actū
exteriorem: sed bene obligat quo ad habitu3
Quartum sunt dupli-ces act⁹
interiorē. ❡Quarto notādu3 ē ꝙ actus hūani
sunt duplices: qdam sunt mali q3 ꝓhibiti. Alij
sunt prohibiti quia mali: & isti non possunt fie
ri bene saltem moraliter. Et ideo dicit philo-
sophus ꝙ aliqua sunt que cōfestim mala sunt
Quintum
& circundata malicijs. ❡Quinto supponitur
ꝙ loquēdo pure moraliter quotienscunq3 vo-
luntas humana elicit actum humanu3 diffor
me3 dictamini recte ratiōis peccat moraliter
Prima con-clusio.
quia facit contra conscientiam. ❡Istis positis
sit prima conclusio. posito ꝙ nulla lex sit posi
ta possibile est ciues peccare moraliter & ma
le agere. ꝓbatur. nam casu stante possibile est
aliquem ciue3 recte iudicare & formare rectū
iudiciu3 de aliquo faciēdo & stat cōtra illd̄ iu-
dicium aliquem obuiare & facere oppositu3.
maior patet & minor apparet quia si dicat ali
quis ista elemosina est facienda pro deo & nō
facit peccat. & hoc casu stante aliquis pōt pec
care contra legem naturalem scilicet seipsum
Secunda
interficere. ❡Secunda cōclusio posito ꝙ nul
la lex sit posita a principe non ē possibile pec-
care contra legem humanam seu contra illa3
male agere. pat3 ex terminis quia nulla lex est
Ad rōes dubii
posita. ergo nō est peccare cōtra ipsam. ❡Ad
rationes dubij quādo dicitur nulla est obliga-
tio &c. cōceditur de obigatiōe humana: s3 ne
gatur de obligatione naturali cōtra quam nō
est dispensatio. ❡Ad secūdam quādo dicitur
nulla esset &c. negatur cōsequētia quia aliqua
sunt ꝓhibita quia sunt mala & illa sunt simpli
citer mala. sed ratio bn̄ arguit de malis q̄ sunt
mala ꝓhibita & non de alijs vt satis apparet.
Tercius ar-ticulus
❡Quantum ad tercium articulum dubitatur
vtrum licitum sit in policia furari aliquid. &
Arguitur
Arguitur ꝙ sic q3 oē bonum ē licitū: sed in ali
quo casu furari ē bonū ergo est licitum. conse
quentia pt3 & maior. Et minor declaratur q3
in casu quo aliquis furaretur ꝓpter adiscere
vel dare pauperibus sequitur ꝓpositum Secū
do capere rem non sua3 est furari: sed capere
rem nō suam in aliquo casu est licitum: ergo li
citum ē furari. maior patet Et minor declarat̄
quia secundum omnes leges si lapis precios⁹
reperiret̄ in fundo maris licitum est ipsum ca
pere & retinere & tamen non est sui. similiter
si inueniatur in campo siluestri. Tercio sic ca-
pere rem propriam est omnino licitum sed in
aliquo casu capere rem ꝓpriam est furari er-
go licitum est furari maior patet de se. minor
probatur quia posito ꝙ alicui librū meum cō
cesserim & tamen recipiam librum meum il
lo nesciente sic facerem furtum & tamen cape
In oppositū
rem rem meam. ❡Oppositum arguit̄ q3 ali-
quid furari est cōtra iustitiam cōmutatiuā er-
go ē illicitū. cōseq̄ntia p3 q3 oē tale ē illicitū vt
Primu3 no-tabile
p3 p philosophū q̄nto ethicoꝝ añs pt3 q3 hoc
nō ē dare alicui qd̄ suū ē. ❡Pro itellectu hui⁹
qd̄ furtum
sciendū ē ꝙ furari siue furtū sic describit̄. Fur

tum est fraudulosa rei aliene constructio inui
to domino non lucrandi gratia siue sit in vsu
rei: siue in rei possessione. ¶ Secundo notan-
dũ est ꝙ scd̃m ꝙ legit̃ ex dictis philosophorũ
naturaliũ & in tertio huius aliqs potest fieri p
ticeps alicuius furti nouem modis qui noue3
modi habentur in his versibus. Iussio consiliũ
consensus/palpo recursus/participans mutus
non obstans/non manifestus. ¶ Primus mo-
dus est in iussione/clarum est si dominus iube
at seruo vt furetur ipse efficitur particeps illi-
us furti. Secundus modus consistit in cõsilio:
vt si quis det consilium furandi. Tercius mo
dus consistit in consensu vt si quis prebeat cõ
sensum ipse est particeps furti & est puniend⁹
Iuxta illud agentes & consentientes pari pe-
na puniuntur. Quart⁹ modus est circa palpo-
ne3 & est palpo communis generis significãs
illum vel illam quis vel que adulatur vt ipsu3
furtum committatur. Quitus modus est in re
cursu vt quando fur haberet recursum ad ali-
quem hospitem suum. Sextus modus fit in p-
ticipando vt ille qui dicitur particeps tñ dici
tur particeps furti. Septimus mod⁹ est: in hoc
ꝙ aliquis fit mutus/& non vult obuiare loquẽ
do vel clamando. Octauus modus est quãdo
aliquis nõ obstat vbi tñ bene potest & qñ põt.
Non⁹ mod⁹ est quãdo aliquis scit aliqu3 fu-
rem & non manifestat. & isti sunt nouem mo-
di. ¶ Tercio notandum est ꝙ secundum om-
nes morales philosophos duplex est furtum
quoddam est occultum. aliud est manifestu3.
Manifestum est quando aliquis comprehen-
ditur in actu. Occultum est quando aliquis
non comprehenditur in actu sed scitur per cõ
iecturationes. ¶ Quarto notandum est/ꝙ res
sunt in duplici differentia quedam sũt que nũ
q̃ fuerunt ab aliquo possesse vt lapides precio
si in mari. Alie sunt que fuerunt possesse ab a-
liquo. ¶ Quinto sciendum est ꝙ secundum
omnes philosophos & theologos nunq̃ mala
sunt facienda vt inde bona eueniãt eo ꝙ non
est possibile ꝙ malum sit in bonum ordinatũ
quia si esset in bonum ordinatũ tunc esset bo-
num. ¶ Sexto sciendum est ꝙ secundum ve-
ritatem non solum committitur furtum in re
mouendo rem alienã inuito domino sed etia3
vtendo illa re aliter q̃ dominus permittit. Vñ
aliqui volunt ꝙ si concedam alicui libru3 me
um solum vt ip̃e vtatur eo: & si ip̃e alicui alte
ri concedat tunc ipsa concessione cõmittit fur
tu3 quia ip̃e capit vsũ inuito domino: & frau
dat eum contra voluntatem suam. ¶ Sit ergo
conclusio responsiua. In nullo casu est licitu3
furtum committere seu furari. probatur con-
clusio per phm̃ tercio ethicorũ dicentẽ: nihil

Secundum de pticeps furti et quot mo-dis

Tertiu3 no-tabile duplex fur tum

Quartum res sunt in duplici dña

Quintum

Sextum

Conclusio responsiua

prohibet aliqua esse que confestim nominata
circundata sũt malicijs. & exemplificat de fur
to. Item hoc est contra iusticiam commutati-
uam & legem diuinam sc3 non furtum facies.
¶ Sed tunc dubitatur. vtrum pro vite necessi
tate licitum sit furari panem vinum vel aliqd
huiusmodi. Pro isto sciendum ꝙ in isto arti-
culo necessitatis omnes res naturales q̃ sũt ve
re diuitie sunt communes Ex quo sequitur ꝙ
in casu necessitatis recipiẽdo illa que sunt ne-
cessaria ad vitam non capiuntur res aliene. Se
cundo sequitur ꝙ recipiendo vinu3 vel panẽ
in casu necessitatis nõ committit̃ furtũ. ¶ Ex
istis sequitur conclusio rñsiua ad dubiũ: ꝙ in
casu necessitatis licitũ est capere illa q̃ sunt ad
vitã necessaria pt3 p predicta. ¶ Dubitatur se
cundo si sortes cõcedat platoni equũ suũ p eũ
do p̃cise ad sc̃tm̃ dionysiũ & vadat p. x. leucas
vltra vtrũ plato cõmittat furtũ: cũ ibi sit frau-
dulosa res. ¶ Rñr ꝙ tenẽdo dicta in sexto no
tabili ibi cõmittit̃ furtu3 qa ibi est fraudulosa
rei aliene seductio: quia vs⁹ equi nõ est platõis
vltra sanctũ dyonisiu3: & fit gr̃a lucrãdi. ¶ Du
bitat̃ tercio si sit vnus vsurarius multũ pcus &
diues: & alius capiat. x. libras ex bonis suis &
det pauperib⁹ vtrũ sit furtũ. Et apparet ꝙ nõ
quia nõ facit hoc gr̃a lucrãdi: igit̃ cõna tenet
qa vna pticula diffinitionis impedit alicui cõ-
petere diffinitũ. ¶ Ad hoc dicit̃ ꝙ scd3 verita
tẽ cõmittit furtũ: & hoc facit gr̃a lucri veri vel
appentis Quia vel hoc facit pricipaliter pp̃ter
dare paupib⁹ vel simplr̃ p nocendo vsurario.
Si det paupib⁹ lucrat̃ illud qd̃ intẽdebat & fa-
cit bonũ non tñ bene quia elemosina debet eẽ
de pp̃rijs bonis Si facit pp̃ter nocere vl' pp̃ter
aliã causã ipse lucrat̃ & peccat qa pficit suã in
tẽtionẽ. ¶ Quartũ dubiũ si sint tres socij in ta
berna: & potãt vnũ potũ vini inter plures: qui
nõ sit solutus vtrũ si vadãt non soluto poto: q-
libet teneat̃ ad restitutõnẽ seu solutionẽ. Et vi
det̃ ꝙ nõ qa nõ ẽ bonũ ꝙ tabernari⁹ de vno po
to nimis lucret̃ qñ satis lucratur de solutione
aliorum potoru3. ¶ In oppositũ videtur ꝙ sic
quia quod nõ soluerunt illud debẽt ¶ Respõ
detur ꝙ potantes tenentur soluere potũ vini.
Sed dicitur ꝙ nõ qlibet tenetur in poto. s3 so-
lum pro rata & scoto. ¶ Ad rõnes tercij arti-
culi. Ad primã quando dicitur oẽ bonum est
licitũ negetur illud: quia licitũ plus importat
q̃ li bonum: nã licitu3 importat ꝙ licite fiat &
sic bene verum est ꝙ omne bonum bñ & lici-
te factũ est licitũ. Et neget̃ mior. ad pbationẽ
dicitur ꝙ illud est bonũ cuius finis est bon⁹ &
bñ factus. modo ita nõ est de illis. Ad secũda3
qñ dicitur: capere rem alienam est licitum ve
rum est si illa non fuerit in possessione alicui⁹

Primum dubium

Conclusio responsiua.

Secundum dubium

Responsio

Tertium dubium

Responsio.

Quartum

In opposi tum

Rñsio.

Ad rationes tercij articuli

vel sic vt dictum est: & circa tales res nō committitur furtum. ¶ Ad rationem quādo dicitur capere rem propriam est licitum. verum est si res propria capiatur cum debitis circunstantijs. ergo si res propria capitur inuito illo cui ē concessa non capitur cum debitis circunstantijs. ¶ Ad rationes principales ante oppositū dicitur q̄ omnes sunt solute per ea que dicta sunt in questione.

Ad ratiōes principales.

QVESTIO QVARTA



Queritur quarto & vltimo. Vtrum in bona policia princeps potest licite iniuriari alicui seu punire aliquem sine culpa sua. ¶ Et arguitur q̄ nō quia in bona policia princeps non potest aliquem premiare sine suo merito: igitur. patet consequentia quia sicut se habet premium ad meritum: ita punitio ad culpam & esset cōtra conscientiam si aliquem premiaret de bono communi sine aliquo merito. Secundo nihil contra conscientiam est licitum. sed iniustum est q̄ princeps alicui iniurietur sine culpa sua igitur. maior patz de se/quia nullum iniustum est sine suo demerito. quia dicit Albert⁹ q̄ iniustissimum est innocentem punire sine sua culpa. ¶ Tertio sic nam habetur in alia facultate scz quarto decretalium. Si alter coniugum sit innocens & alter nocens tunc innocens nō dēt priuari suo iure si vellet ipsum tenere. Sed hoc nō esset si aliquis posset puniri sine causa. igitur & cetera. ¶ Quarto si sic sequeretur q̄ in casu equaliter puniretur culpabilis & non culpabilis consequens est falsum & contra iusticiam. probatur consequentia. nam si fortes innocens puniatur pena certa per aduersarius & plato demereatur sic q̄ sit puniendus de iure tanta pena sicut fortes/tūc in casu fortes nō culpabilis & plato culpabilis equali pena puniuntur de iure ergo propositum. ¶ Oppositum arguitur nam in casu princeps vel iudex potest innocentem ad mortem condemnare seu iudicare igitur. patz consequentia & antecedens probatur quia si plato sit bonus & probus homo & sit accusatus coram principe vel iudice. & hoc ꝓbetur per. xij. testes tūc in isto casu communi princeps potest innocentem condemnare. In questione erunt tres articuli In primo videbitur de quesito. In secundo qs plus peccat vel iudex corruptus vel corrūpens vel iudicans In tercio erunt dubia. ¶ Quātum ad primum articulum Notandum est. q̄ iniuria capitur cōmuniter pro omni illo quod nō fit secundum ordinationem iuris. sed tn̄ in ꝓposito capitur pro contumelia vel pro quocū q̄ damno illato. ¶ Secundo notandum est q̄ aliqui sunt quibus alij possunt iniuriari: & alij non. Exemplum de primis vt sunt prudentes & sane mentis & consilij: & alij sunt furiosi & amentes qui non possunt alijs iniuriari quia non habent vsum rationis & alij possunt ipsis iniuriari. ¶ Tercio notandum est q̄ aliquis potest alicui iniuriari tripliciter. Vno modo verbo scilicet diffamando ipsum. secūdo mō scripto. Tercio modo opere scz verberando. Et isti modi diuersificantur secundum circunstantias personarum. Vnde grauius est verberare prelatū q̄ simplicem sacerdotem. ¶ Quarto sciendum q̄ triplex est iniuria/quedam est grauis & enormis/sicut si quis verberaret aliū in presentia iudicis. Alia est iniuria leuis vt si quis verberetur in loco secreto. Alia est leuissima vt si quis in modico offēderit. ¶ Quinto notandum est: q̄ principem punire aliquem iniuste potest duob⁹ modis intelligi. Vno mō q̄ sine culpa & sine causa hoc est q̄ in isto qui punit non sit causa culpe nec alia causa. Scdo mō sine culpa nō tn̄ sine cā vt scz q̄ causa sit i puniēdo. vt si esset due ecclesie parrochiales que non sufficerent ad victualia sacerdotis ꝑlatus constitueret ex illis duabus vnā vt essent sufficientia victualia in illo casu hoc esset licitum & tamen fit iniuria vni curato sine culpa non tn̄ sine causa. ¶ Prima propositio in vna policia princeps licite non potest punire aliquem seu iniuriari alicui sine culpa & sine causa Ista propositio satis probata est per rationem ante oppositum. nam omnino est contra conscientiam q̄ aliquis punitur sine culpa & causa. ¶ Sed tunc dubitatur & ponitur cas⁹ q̄ fortes existens bonus & iustus sit delatus & sit accusatus apud principem sic q̄ sit homicida: & quod accusās hoc probet per. xij. testes. Tūc queritur vtrum princeps potest licite cōdemnare fortem seu punire. Et videtur q̄ non: quia est iustus & bonus. Videtur etiam q̄ sic quia nisi sic erit contra iusticiam. Respondetur probabiliter q̄ ipse puniendus est. Et tamen cum arguitur q̄ ipse puniretur sine causa & culpa Dicitur q̄ punitur cum causa/& ista causa est est ordinatio iuris quia sic est ordinatum. Sed in casu quo iudex sciuit stante casu predicto q̄ fortes fuerit illa hora alibi: & ipe iudex scit bene q̄ interfectus non fuit a forte. ¶ Respōdetur secundum aliquos q̄ iudex adhuc debet ipsum punire: & hoc inquantum iudex/ quia secundum hoc habet sufficientem ordinationem. Et inquantum homo priuatus vel persona priuata non. Sed dicitur alibi q̄ nullus debet contra propriam conscientiam agere quia sic agens edificat ad gehennam.

Arguitur

In opposi tum

Primus articulus

Primū notabile quid iniuria

Secundum de iniurijs

Tertium tripliciter alicui iniuriatur.

Quartum

Quintum punire iniuste

Conclusio responsiua

Dubium de innocēte.

Responsio.

Alij respondent sic quia vel iudex est inferior
vel superior: si inferior retēto casu ꝙ sciat op
positum illius quod deponunt testes debet re
remittere iudicium ad suum superiorem. si iu
dex sit superior vt rex vel imperator retēto ca
su eodem ipse licite potest reuocare iudiciuȝ
quia princeps est supra legem ideo potest lici
te eū nō cōdēnare. Et si dicatur ꝙ iudex dȝ iu
dicare secundum allegata & cetera. Respōde
tur hoc debere intelligi iuste ꝓbata & cetera.
modo hoc non proponebatur iuste sed false.
Similiter secundum theologos iudex inferior
vt balliuus si pars sequens homicidium vellet
ipsum cogere de iure ad iudicandum: melius
esset ei se destituere ab officio iudicis si non
posset aliter fugere ad iudicandum illū iustū
q̄ iudicare eum. Secunda conclusio est ista ꝙ
in bona policia iudex potest aliquem punire
sine culpa probatur per multos. nam si sit ali-
quis cecus a natura: & sit bonus clericus si ipē
faceret malum puniendus esset & tamen ha-
bet defectum in membro: & non ex culpa. Si-
militer patet in cōmutatione & constitutione
duarum parochialium ecclesiarum in vnam.

Secundus articulus

¶ Quantum ad secundum articulum viden-
dum est quis plus deliquit vel iudex corrupt⁹
ferens sententiam iniquaȝ pro parte corrum-

Arguitur

pente. vel pars ipsum corrumpēs. ¶ Et argui
tur primo ꝙ pars corrumpēs ipsum plus pec-
cet quia pars corrumpēs in ordine ipsius pec-
cati est sicut causa primaria & iudex corrupt⁹
est sicut causa secundaria. ergo plus peccat ps
corrumpens q̄ iudex corruptus. consequentia
tenet: quia causa primaria plus influit in effe-
ctum q̄ secundaria. Antecedēs notum est / qa
ipsa mouet iudicem. ¶ Secūdo pars corrum
pēs deliquit in plures defectus q̄ iudex corru-
ptus i͛. cōsequētia patet. & antecedēs probať
quia pars corrumpens peccat contra iudicem
ipm damnando in partem corrumpentem &
lesam iniuste: & etiam in seipsū. ¶ Tercio sic
ps corrūpēs peccat pctō ꝓprio & pctō iudicis
ergo plus peccat. cōsequētia est nota. & ante
cedens probatur Primu de peccato ꝓprio no
tum est. Sed de peccato iudicis patet quia est
causa corruptionis iudicis: ergo est causa pec-
cati ipsius. consequentia patet quia per illud
commune dictuȝ quicquid est causa cause est
causa causati. Quarto sic pars corrumpēs au-
fert bona anime: & iudex corruptus soluȝ bo
na corporis & fortune igitur. consequētia ptȝ:
quia sicut bona anime sunt multo meliora bo
nis corporis: ita plus delinquit pars corrum-
pens respectu eorum. Antecedens est notum
quia pars corrumpens condamnat animaȝ iu
dicis & propriam animam / & iudex soluȝ tol-
lit bona corporis quia nō oportet ꝙ pars cor-
rupta moriatur. ¶ Oppositum est de intentiōe
omnium philosophorum. Apparet etiaȝ per
philosophum quinto ethicorum: & p Alber-
tum secundo huius reprehendenteȝ iniquos
iudices. & apparet ratione. quia ille plus pec-
cat in cuius potestate est facere & non facere
q̄ ille qui solū occasionaliter peccat. patȝ quia
iudex potest ferre & non ferre sententiam.

In oppositum

¶ Pro intellectu est sciēdū ꝙ iudex quatuor
modis potest ferre iniustam sententiā scilicet
timore cupiditate odio & amore / scȝ quando
timet cupit odit vel amat: & sic est differētia
inter istas causas / quia in primis duabus cau
sis respicit ad aliā psonaȝ. sed in tercia & quar
ta respicit ad seipsum. ergo iudex corrumpi-
tur in duabus primis causis. & non in duabus
vltimis: ergo de duabus primis causis est di-
cendum. De alijs videbitur in quinto huius.

Primū notabile. quattuor modis ferť sentētia iniusta

¶ Secundo notandū est ꝙ quidam est timor
cadens in virum constantem qui talis est ꝙ il-
le vir constans habet istos timere. Alius est ti-
mor non cadēs in constantem virum: quo vir
prudens nō habet timorē. ¶ Item adhuc du-
plex est timor scȝ seruilis: & alius filialis. Filia
lis stat cū amore ideo debemus isto modo ti-
mere deum & patrem nostrū: & sic quandoq̃
ꝓpter timorē & ꝓpter p̄ceptū dn̄i debem⁹ ali
qd facere

Secundum de timore duplici

¶ Tertio notaodū ē ꝙ ex dictis phi
losophorum potest intelligi ꝙ peccatum quā
to est magis voluntarium tanto est magis gra
ue. patȝ quia quanto peccatum est magis vo-
luntariuȝ tanto fit ex maiori malicia.

Tertium de grauitate peccati

¶ Quar
to sciendum est ꝙ quāto peccatum fit ex mo
tiuo minori tanto est intollerabilius & per op
positum quanto fit ex maiori motiuo tanto ē
tollerabilius patet in octauo ethicorum.

Quartum,

¶ Quinto sciendum est ꝙ secundum rei veri
tatem nunq̄ potest esse aliquis causa alterius
peccati idest quantumcunq̃ aliquis moueat
aliquem non potest dici causa peccati sui. Ptȝ
quia supponitur ꝙ vnusquisq̃ habeat liberū
arbitrium: quia dicit philosophus non sem-
per sumus domini sensuum nostrorum a pri-
cipio vsq̃ ad finem. Sed bene voluntatis ergo
nullus potest cogi ad peccandum. ergo ista cō
sequentia est bona plato est causa principalis
peccati sortis. ergo sortes non peccat: & econ
tra sortes peccat ergo plato non est cā pecca-
ti sortis.

Quintum

¶ Sit igitur prima conclusio. Iudex
corruptus cupiditate plus peccat quaȝ iudex
corruptus timore. Probatur cōclusio quia iu-
dex corruptus cupiditate magis peccat volū-
tarie q̄ iudex corruptus timore cum peccet i
uitus & quasi seruus. Sed qui cupiditate pec-
cat tanquam domin⁹ peccat. Modo ille q̄ tan

Prīa ꝯclo

quas dominus peccat magis peccat q̄ ille qui tanq̄ seruus peccat. Secundo iudex corruptus cupiditate peccat ex leuiori motiuo igitur. Patet consequentia. & antecedens apparet quia dicit philosophus q̄ multum tristius est sustinere tristia: quā a delectationibus se abstinere. verum est tamen q̄ cōclusio est moderanda vbi obiectum timoris est multum fortius quam obiectum cupiditatis cum obiectus cupiditatis possit esse magnum & obiectum timoris modicum scilicet si timor cadat in cōstantem virum. quia tunc conclusio non esset vera. ¶ Secunda conclusio est ista iudex corruptus cupiditate ferendo sententiam iniquā plus peccat q̄ pars corrumpens. Probatur nas maius malum est auferre rem proximi quam ablatam rem recipere. Modo iudex aufert rem proximi scilicet ius partis aduerse & pars corrumpens recipit rem illam ablatas. maior patet ex terminis. minor nota est de se. Secundo opus iudicis corrupti est vendere rem non propriam & pars corrumpens emit rem alienam. sed hoc est illicitum emere rem alienam suo modo & vendere rem non propriam est similiter illicitus. ¶ Tertio iudex sic corruptus est magis obligatus ad iusticie complementū q̄ pars corrumpens igitur prs consequentia. quia quanto quis magis obligatur & deficit tanto plus peccat si oppositum faciat. Et antecedens patet primo ratione sui officij quia habet videre & facere iusticiam veras & sic obligatur de lege propria. ¶ Confirmatur ille plus peccat q̄ alijs maiorem occasionem peccandi prestat seu dat. sed iudex corruptus est huiusmodi: igitur magis peccat. Maior patet de se ex dictis. & minor patet quia ipse habet alios regere: & esse exemplum aliorum. Et est conclusio moderanda nisi pars corrumpēs iudicem per cupiditatem intendat maiorem maliciam quam iudex qui reciperet dona. patet in facili casu. ¶ Tercia cōclusio iudex corruptus timore cadente in constantem virum: minus peccat ferendo sententiam iniquam q̄ pars corrumpens. apparet quia corruptus minus peccat voluntarie igitur. patet consequentia. & antecedens est notum quia sic iudex cogitur: & sic facit coacte. Item causa principalis huius peccati est plus in parte corrumpente: ergo non magis peccat iudex. consequentia patet & antecedens quia sic timor est notabiliter cadēs in constantem virum. Sed aliqui tenent oppositum. Et primo supponūt q̄ melius est omnia mala pati q̄ malum facere & aliquod turpe committere. Ista suppositio est philosophi & multorum sapientum. Secūdo supponunt multum verius & melius & virtuosius est pauco tempore viuere virtuose q̄ aliter viuere longo tempore. Tertio supponunt q̄ pars corrumpens a iudice corrupto non potest remouere bona anime sed solus bona corporis vel fortune. Ex istis dicunt aliqui q̄ quātumcunq̄ sit timor cadens in constantem virū iudex timore corrupt⁹ plus peccat q̄ pars ips corrumpens. patet quia ipse a parte corrumpente non potest remouere nisi bona corporis. sed ferendo sententiam iniquas perdit bona anime & ipsam animam: modo bona anime sūt bona simpliciter & magis debet eligere mori q̄ illud committere. scilicet nō iudicare secundum suam conscientiam & veritates. Respondetur q̄ prima opinio est communior. ¶ Ad rationes quando dicitur in ordine peccati & cetera. negatur ista maior. & q̄n dicitur q̄ hoc est verum quando ista causa prima est principalis & non occasionalis sicut est in proposito. Aliter dicitur q̄ hoc intelligitur quando causa secūdaria non est libera: modo in proposito ipsa causa est libera. ¶ Ad secundam q̄n dicitur pars corrumpens peccat peccato implens & cetera. negetur illud quia nō peccat in iudicem. Et quando dicitur: est causa peccati iudicis. negatur hoc quia ipsemet & sua volitio est causa principalis peccati. ¶ Ad terciam q̄n dicitur pars corrumpēs auferret bona anime sue non aie iudicis sed iudex plus aufert quia corrumpit bona anime partis corrumpentis. quia habet ipsum ir struere & iformare: & aufert bona anime ꝓprie: & sic iudex plura bona anime aufert ¶ Quantum ad tercium articulus. Sit ista prima dubitatio. Vtrū licite & iuste subditus possit puniri propter delictum sui principis. Et arguitur q̄ sic propter delictum principis tota terra interdicitur: & in tali terra subditus punitur pro delicto principis & iuste ergo illud est licitum igitur. maior pats de se. & minor probatur ex quo terra totalis est sic interdicta quilibet existens in tali terra esset priuatus omni sacramēto & penitentia: & sic iuste & licite punitur. ¶ Secundo sic vnus iuste excommunicatur propter alterius excommunicationes ergo sequitur q̄ subditus potest puniri iuste propter delictum sui principis. consequentia est nota. & antecedens patet nam si vnus sit excommunicatus & alter participet secum participans est excommunicatus. ¶ Tertio sic: vnus laudatur & premiatur propter merita alterius: ergo punitur propter demerita alterius scilicet principis: patet consequentia & antecedens apparet: quia videmus q̄ puer multociens laudatur & premiatur vel punit̄ ꝓpter merita vel demerita suorū parentū

Secunda

Ad ratiōes articuli

Tertia.

Tertius articulus. Dubitatio

In opposi tum ¶Oppositum arguitur nullus proprie punit nisi propter propria demerita: & propriā culpam igitur patet consequētia ex terminis. qa delictum principis non est delictum subditi. & antecedens patet quia puniri ꝓpter aliena peccata vel delicta est contra iusticiā. ¶Pro intellectu huius sciendum est ꝙ ad istaꝫ dubitationē dupliciter possumus respōdere. Vno modo loquēdo de statutis ecclesiasticis. Alio modo loquendo moraliter pure: vt moralis philosophus loqueretur. ¶Secūdo notanduꝫ est ꝙ duplex est delictum quoddam est enorme & est illud a quo solꝰ papa potest absoluere: vel de quo non potest absolui ille qui fecit nisi per restitutionē vt patet de simonia in qua oportet resignare. Aliud est peccatum mediocre de quo simplex presbiter potest absoluere vt esset fornicari. Tercium est leue peccatū a quo absoluitur quis per confessionem generalem in principio misse. ¶Tertio notanduꝫ est ꝙ pena est duplex quedam est eterna alia est temporalis. Et est duplex quedā est in bonis corporis. Alia est spiritualis que est in bonis anime secunduꝫ statuta ecclesiastica: & est quadruplex quedam est excommunicatiua. alia est interdictiua/alia est remotiua beneficij/alia est non promotio ad ordines. ¶Quarto notandum est ꝙ duplex est excommunicatio scilicet maior & est illa qua quis est priuatus a communicatione fidelium & societate. Alia est minor & est illa qua quis est priuatus sacramentis ecclesiasticis non tamē a communicatione fidelium. ¶Quinto notandum est: ꝙ subditus duobꝰ modis potest se habere ad delictum pricipis. Vno modo ꝙ nullo modo cōsentit in delicto principis. Alio modo ꝙ principaliter consentiat in tali delicto. ¶Istis positis sit prima conclusio. Ad penam eternam nūꝙ punitur subditꝰ pro delicto principis in casu in qua subditus non consentit in delicto tali. patꝫ conclusio per rationem ante oppositū ¶Secunda propositio est ista quo ad spiritualem penā excommunicationis nunꝙ vnus punitur iuste/propter delictum alterius. patꝫ qa si loquamur de maiori excōmunicatione patꝫ de se ꝙ non. Item ex alio patꝫ quia tunc puniretur sine culpa & causa & hoc simpliciter illicitum est. ¶Tercia propositio principalis loquendo de alijs tribus penis spiritualibus iuste subditus punitur/propter delictū sui principis. patꝫ de pena interdicti. quia videmus sepe ꝙ tota terra interdicitur. Similiter patꝫ de pena remotionis beneficij: quia verisimile est ꝙ si vnꝰ presbiter male faciat ꝙ propter hoc oblationes sibi auferentur. Tertio patꝫ de pena tercia: quia si clericus contrahat matrimonium cum vna muliere/& mulier fornicetur eum vno alio: & stet ille clericus cum muliere vsꝙ ad mortē mulieris sue: ipse non potest ad sacramenta ecclesiastica promoueri. ¶Quarta conclusio & responsiua in casu in quo subditus nullo modo consentit delicto principis non punitur iuste propter delictuꝫ principis loquendo moraliter: & loquendo de punitiōe que respicit culpam moralem. patet conclusio quia nullus nisi propter mala opera dicitur puniendus & nullus virtuosus dicitur premiandus nisi propter bona opa. ¶Sed dubitatur circa predicta: quia dictum est ꝙ nullus punitur propter delicta alterius: & tñ aliquis punitur & excommunicatur ꝓpter communicationem cum alio excommunicato. ¶Respondetur ꝙ talis excommunicatur ꝓpter ꝓprium delictum scilicet ꝙ talis transgreditur precepta dñi. ¶Ad rationes ante oppositum. Ad primaꝫ dicitur ꝙ ratio bene arguit quo ad ecclesiasticam cōstitutionem ꝙ aliquis iuste punitur ꝓpter delictum principis. tñ loquendo moraliter non punitur aliquis nisi propter ꝓpria demerita. ¶Ad secundam: cum dicitur vnus excōmunicatur & cetera. dictum est satis de hoc in vltimo dubio. ¶Ad terciaꝫ quādo dicitur vnꝰ laudatur & premiatur propter merita altertꝰ. dicitur ꝙ proprie nō laudatur propter parentuꝫ bonitates. sed propter speꝫ bonitatis future: quia speratur ꝙ iste erit bonus filius quia de bona arbore producitur bonus fructus. ¶Ad rationes questionis dicitur ꝙ sunt solute ex dictis in primo & secundo articulis Nam nullo modo potest aliquis puniri sine culpa & causa. sed licet aliquem puniri sine sua culpa: tamē punitur cum causa. Et hec de secundo libro politicorum.

¶Sequuntur questiones super tercium librū Politicorum Aristotelis.

Marginal notes (left): Primū notabile. — Secundum duplex delictum — Tertium duplex pena — Quartum duplex excōicatio. — Quintum — Prīa pclo — Secunda — Tertia

Marginal notes (right): Quarta. — Dubium — Responsio. — Ad ratiōes articuli. — Ad ratiōes questionis

¶PRIMA QVESTIO TERTII



Circa inicium tercij libri politicorum queritur. Utrum in policia seu ciuitate licite possit quis & sine peccato honorem appetere.

Arguitur ¶ Arguitur q sic quia nisi sic sequeretur q magna nimitas esset viciosa cõsequens est falsũ & cõtra Aristotelem secundo ethicorum qui ponit magnanimitatem esse virtutem. & pars cõsequentia quia magnanimus est qui magna dat & honores appetit. ¶Secũdo sic quilibet potest honorem appetere quãdo oportet & vbi oportet: cum alijs circunstantijs debitis igit. Pars cõsequentia & ans probatur: quia circa honores contingit viciose appetere sicut facit tyrannus: & cõtingit viciose deficere sicut pusillanimis. ergo videtur q ibi possit esse medium & sic sequitur propositũ. ¶Tertio sic honor est finis ergo quilibet potest honorem appetere licite. consequẽtia probatur quia sicut habetur primo hui⁹ & primo & secundo ethicorũ finis est ꝓpter se appetibilis. ꝓbatur ãncedens quia honor est finis virtutum vt pars per diffinitionẽ honoris. ¶Quarto sic nisi sic seqretur q nullus licite posset aliquã scientiã studere vt posset gradũ & honorẽ accipe. cõseqns est fĩm et pars cõsequẽtia de se. ¶Quinto sic honor est melior virtute: igit pars. cõna ex terminis. maior ꝓbatur quia in essentialiter subordinatis semp primus termin⁹ est melior suo posteriori: mõ honor & virtus subordinantur essẽtialiter: & honor sequitur virtutẽ & est posterior virtute: quia virtuosi sunt honorandi. ¶Sexto sic quodlibet vitupiũ sine peccato ẽ licite fugibile: ergo videtur q quilibet honor est licite & sine peccato appetibilis. cõna pars. & ans ꝓbaẽ qa vnusq̃q debet totaliter fugere suũ vitupium. ¶Septimo sic qlibet potest appetere licite illud cui⁹ est dignus. sed multi hoĩes sunt digni honore igiẽ. maior pars de se & minor ꝓbatur. qa multi sunt virtuosi & honorãdi & honore digni. ¶Octauo sic. nã quilibet potest licite appetere illũ quo habito ip̃e delectatur virtuose. sed sic est de honore. maior pars de se/quia postq̃ tali habito virtuose gaudet illud est licitũ & minor pars de virtuosis q gaudẽt in hoc q dãt alijs bonũ exẽplus. Etiã gaudent quia bene faciũt.

In oppositum ¶Oppositum arguiẽ quia honor non est virtus nec op⁹ virtutis. igiẽ. cõna pars de se: quia nihil est appetibile nisi virtus vel opus virtutis. Et ans deducit philosoph⁹ qñ felicitas nõ consistit in honorabilibus. ¶In questione erunt duo articuli. In primo ponenẽ notabilia quedã. In secũdo conclusiones & respondebitur ad questitum.

Prim⁹ articulus. Primũ notabile. ¶Quantum ad primum articulũ. sciendũ est q duplex est honor seu dignitas quedã est tẽporalis: sicut ẽ prepositura & sic de alijs. Alia est dignitas virtualis seu spiritualis que solum cõsistit in virtutib⁹ & solum intelligiẽ questio de honore tempali vt sit sensus questiõis. vtrũ licitum est alicui appetere honores tempales seu dignitates tempales. Duplex honor. ¶Secundo notandũ est q aliquẽ appetere honorẽ potest intelligi dupliciter. vno modo q honorem appetat ꝓpter se. Alio mõ nõ ꝓpter se sed tanq̃ cõseqns ad illũ quod est per se appetibile. & sic honor dicitur dupliciter appetibilis. vno mõ propter se. Alio modo tanq̃ cõseqnens illud quod est per se appetibile. Scĩẽ aliquẽ appetere honorem dupliciter intelligitur. ¶Tertio notandũ est: q aliqui sũt ita ambiciosi q ipsi honores appetunt quib⁹ non sunt digni: & tales sũt caymi. Et alij sunt qui honores quibus sũt digni nõ appetũt & tales sunt viciosi & pusillanimes. Ex isto sequitur q circa materiam honoris contingit excessiue appetere & in appetendo deficere: & etiam esse medium in illo quod est bonum. Tertium. ¶Quarto notandum est q omnino est puersitas minus bonum maiori bono ꝑferri/& per cõsequens preferre bonum eligibile pro alio bono eligibili propter se. Et ideo dicit philosophus q bonum cõmune est ꝑferendũ bono priuato. Et hoc de primo articulo Quartum. ¶Quantũ ad secundum articulũ sit prima cõclusio null⁹ potest honorẽ seu dignitatẽ appetere temporalẽ licite & sine peccato tanq̃ bonũ appetibile ꝓpter se. Probatur conclusio ista illud non potest quis sine peccato eligere quod non est ꝓpter se eligibile. sed dignitas tẽpalis non ẽ propter se eligibilis. Igitur. cõsequentia pars & maior. & mior ꝓbatur: quia honor tempalis consequitur illud. Item honor quãdoq debetur malis igitur. Item honor est in honorante ergo male appetit illũ. Item contingit male vti honore. Secundus articulus. Prima cõclusio. ¶Secunda conclusio quilibet homo in policia potest licite appetere honorẽ tãq̃ cõseqns ad bonũ eligibile ꝓpter se Probaẽ qa secũdũ dictamẽ recte rõis honor est aliquid qd cõsequiẽ bonũ ꝓpter se eligibile igiẽ. cõna pars. ans ꝓbatur. quia virtus est ꝓpter se eligibilis: & etiã oppatio ei⁹ modo honor cõsequitur virtutẽ/quia honor sit in signum virtutis. Secunda. ¶Tertia conclusio quilibet homo põt honorẽ temporalẽ appetere & sine peccato: si nõ sit obstaculũ & si sit ꝑceptũ a suo supiori ꝓbatur. nam qlibet scdm dictamen recte rationis vbi nõ est obstaculũ debz obedire suo supiori: igiẽ cõna pars: & ancedens quia dictũ est secundo hui⁹ q naturalis ordo est inter superiorem & subditum. & hoc non est nisi per virtutẽ obedire Tertia conclusio

Questiuncula ❡Si quis quereret qđ obstaculum esse potest respectu supioris ꝑpter qđ nō potest inferior
Rñsio. licite appetere honorem esto ꝙ sit preceptū. dico ꝙ ē i multis casibus. Primo si inferior pcipit vitā suā malam et nō posset se retrahere a mala vita. Secundo in casu in quo est ignorans sic ꝙ non posset subditos sufficienter instruere. Et si inferior scit se esse idoneum pōt tales hōres licite acceptare. Et ideo dicit philosophus ꝙ nullus est puniendus vel promouendus propter suas proprias supplicationes
Dubium ❡Sed dubitatur. vtrum superior potest licite cōpellere inferiorem/vt acceptet beneficium
Rñsio vel honorē. ❡Respondetur ꝙ in talibus ñ potest responderi secundū responsiones vtiles: sed secundum circūstātias debitas. nā si superior faciat vt assuescat inferiorem in operibus bonis & moribus sic est licitū. sed si faciat propter alios inferiores vt inde capiant exemplū etiam est licitum: sed si faciat simpliciter propter arrogantias non est licitum. Et hoc de se
Ad rōnes cundo articulo. ❡Ad rationes. Ad primaȝ dicitur negando cōsequētiā qa magnanim⁹ non appetit honores tanq̄ ꝑpter se sed tāq̄ consequēs ad bonum eligibile de per se seu ꝑpter se: si aliter faceret tunc esset caym⁹. ❡Ad secundā negatur cōsequētia/et aūs/si hoc fiat ꝑ vt dictū ē in scđa cōclusione. ❡Ad terciā quādo dr̄/honor est finis. negatur ātecedēs. ❡Ad probationē qñ dicitur est finis virtutis. negat̄ hoc proprie. quia virtus non fit propter honorē sed bene est finis designatiue. qa est signuȝ virtutis. ❡Ad quartā dr̄ ꝙ si talis solum studeat propter gradum simplr̄ peccat. & si studeat propter gradum vt cōsequens. sc3 vt doceat et vt sit exēplū aliorū tūc est licitū. ❡Ad quintaȝ
Rñdetur p3 qui sit dicēdū. ❡Ad sextam rñdetur ad cōsequētiā & aūs iuxta modū q dicitur in scđa cōclusione. ❡Ad aliā qñ dr̄. quilibet p̄t appetere. &c. verū ē et hoc si appetat ex mō quo d3 appetere sc3 ad bonū ꝓximi sui et vt sisr̄ agat. ❡Ad aliā dr̄ ꝙ illa ratio nō arguit ꝙ quilibet virtuos⁹ p̄t appetere honorē tāquā cons ad illud. ❡Ratio post oppositū ē ꝑ pria cōclusiōe

❡QVESTIO II.



Venit. scđo. Vtrū in iustis
Arguitur. bellis liceat vti insidijs. ❡Et ar̄ prio cōtra suppositū nā qō p̄suppōit prioq̄ aliqđ bellū sit iustū & hoc sic. Illđ ñ ē iustū qđ opponit licito & iusto: s3 bellū hmōi igr̄. Maior ē nota. & minor declarat̄ qa bellū pati/& pax ē honestū bonū. ❡Scđo sic. illđ nō est licitum cuius exercitiū nō ē licitū: sed bellū ē hmōi: ergo, maior ē nota/et minor probatur vt in torneamentis: quia scđm ecclesiasticas sententias si homo ibi moriatur nō sepelietur i ecclesia seu cimiterio. ❡Tercio sic. Illud nō est iustū cuius finis est iniustus: sed finis belli est iniustus ergo. Maior patet per illam maximam. cuius finis bonus est ipsū quoq̄ bonū est/ergo/ꝑ oppositum. cuius finis malus est ipsuȝ quoq̄ malum est. Minor p3 quia finis belli est homicidiū. Modo vt dicit philosophus quedam sūt de se mala que statim nominata mala sūt: & exēplificat de homicidio. ❡Deinde ar̄ cōtra quesitum. Insidie sūt fraudes s3 i nullis casibus licitū est vti fraude ergo. maior patet de se. Et minor patet. Naȝ ꝑ fraudes homo efficitur inhumanus. ❡Secūdo sic Naȝ insidie opponuntur felicitati ad quā quilibet homo tenetur: ergo. Consequētia patet quia ē cōtra iusticiam. Antecedens est notum ex terminis. ❡Tercio sic. Nullus homo secūdum dictamen recte rationis vellet insidias sibi parari ergo null⁹ d3 isidias alteri vele. Patet
In oppositum. consequentia per dictum Apostoli dicentis. Quod vultis vobis fieri hoc alijs faciatis.

❡Oppositum ar̄ contra suppositum Nam philosophus ponit ꝙ bella aliqua sūt iusta dicensq̄ iustū est contra subditos qui nolūt subici bellare. Oppositum quesiti patet quia non est visum quin licitum sit defendere rempublicam et hoc pro communi vtilitate. ❡In que-
Prim⁹ articulus. stione duo erunt articuli. In primo ponuntur
Primum notabile notabilia. In secundo conclusiones. ❡Quantum ad primum articulum. ❡Primo notādū est ꝙ ad hoc ꝙ aliquis actus fiat bene moraliter requiritur recta ratio/& debita ordinatio/et intentio. Ex quo patet ꝙ licet aliquod op⁹ sit bonum de genere boni potest tamen male
notabile Secunduȝ fieri: quia non cuȝ recta ratione siue intentiōe. ❡Secundo notandum est ꝙ ad nullam personam priuatam vt sic spectat bellum inire. ❡Patet suppositio per Albertum tercio hui⁹ Confirmatur ratione quia ad quem non spe-
Tertium. quid requiritur ad hoc ꝙ bellū sit iustum. ctat populum conuocare ad illuȝ non spectat populum molestare. ❡Tercio notandum est ꝙ ad hoc ꝙ aliquod bellum sit iustuȝ tres cōditiones requiruntur. Prima est ꝙ fiat cuȝ precepto principis. Secūda ꝙ causa propter quā fit bellum sit iusta Tercia ꝙ intentio pricipis in tali bello sit bona vt respublica seruetur.
Quarto Quintum ❡Quarto notandum est ꝙ insidie ordinātur ad deceptionem inimicorum. ❡Quinto notandum est ꝙ aliquis potest decipere alteruȝ multipliciter vno modo vt dicendo sibi falsū cū itētiōe fallēdi: vt si dicat̄ veniatis nobiscuȝ et vobis nihil mali fiet/ & si veniat interficiatur. vel potest fieri quia nō seruabitur ꝓmissū Secundo modo potest fieri quia ꝓpositū suū

Secund⁹ articulus. celat et non manifestat vt si princeps vellet eū
debellare et non diceret ei. ¶ Quantū ad se
Prima cō clusio cundum articulum Sit prima conclusio. ali
quod est bellum iustum. probatur quia est ali
quod bellum quod fit principis auctoritate ꝓ
pter bonam causam cum recta ratione/et cuꝫ
bona intentione principis igitur. Patet conse
quentia quia non plus requiritur. Et anteces
Secunda. dens patet per experientiam. ¶ Secūda con
clusio. Sumēdo hoc nomen insidie primo mo
do in bellis iustis non est licitum vti insidijs.
Patet quia in nullo casu licitum est non obser
uare promissum & proferre propositionē fal
Tercia. sam cum intentione fallendi. ¶ Tercia cōclu
sio. sumendo insidias secundo modo scilicet
quando quis non manifestat propositū in istis
bellis iustum est vti insidijs. probatur conclu
sio. Nam secundum ordinem recte rationis in
isto bello non tenetur reuellare alteri parti ꝓ
positum/ergo. Patet consequentia. Et antece
dens probatur per beatum Augustinum et sā
ctum Thomam in determinatione questiōis:
quia hoc esset contra seipsum ordinare quod
non est faciendum. ¶ Sed contra predicta.
Dubium Est vna dubitatio vtrum homicidium in ali
quo casu bene posset fieri et licite. Et videtur
ꝙ sic. Nam ab executore iusticie fiunt homi
Arguitur cidia/& hoc non esset nisi esset licitum. ¶ Op
In opposi tum positum patet per philosophum. ¶ Pro intel
lectu est sciendum ꝙ homicidium secunduꝫ
Primum notabile quid sit ho micidium. aliquos sic describitur est interfectio hominis
sine causa et culpa ipsius & non a suo superio
ri. Ex quo sequitur primo ꝙ quando quis in
terficitur ab executore iusticie ibi non est ho
micidium quia hoc fit causa & culpa sua.
Secunduꝫ ¶ Secundo supponitur ꝙ in nullo casu per se
Tertium malum potest bene fieri patet satis ¶ Tercio
supponitur ꝙ homicidium est per se maluꝫ
et iniustum. Patet quia omnino est iniustuꝫ ali
quem interficere sine causa & culpa sua.
Cōclusio Rñsiua. ¶ Et tunc sit conclusio responsiua. Homicidi
um non potest fieri licite. Patꝫ ex dictis. Et ex
Ad rōnes autoritate post oppositū. ¶ Ad rationes di
citur ꝙ ibi non est homicidium vt dictum est
quia hoc est cum causa & culpa. Et hec de se
cundo articulo. ¶ Ad rationes questionis.
¶ Ad primam. illud est omnino licituꝫ quod
opponitur iuste. Negatur quia non est incon
ueniens ꝙ bonū opponatur bono scilicet ma
lefacto: sed negatur loquendo de bello iusto
quia non opponitur vt dictum est paci & con
cordie. ¶ Ad secundam quando dicitur. &c.
cōceditur maior: sed negatur minor si sit bel
lum iustum. ¶ Et quando dicitur finis belli ē
homicidium. Dicitur ꝙ non immo pax dici
tur finis. Vel dicitur ꝙ interfectio hominis di
citur finis belli saltem finis immediatus & ta
lis finis non est homicidium. ¶ Ad quartā ne
gatur illa capiendo insidias secundo modo.
licet sit capiendo insidias primo modo: quia
non est licitum dicere intentionem suam par
ti aduerse ¶ Ad quintam dicitur. negando an
tecedens si insidie non capitur secundo mo
do: quia tunc vnusquisqꝫ vellet secundum di
ctamen recte rationis insidias sibi fieri capien
do secundo modo non tamen primo modo &
hoc est verum

¶ QVESTIO III.


Vestio tercia. Vtrum sit melius po
liciam regi a pluribus q̄ ab vno.
¶ Et arguitur primo ꝙ a plurib⁹ Arguitur
quia melius est policiam regi ab il
lo qui est magis potens. Sed multitudo ē ma
gis potens regere policiam q̄ vnus homo: er
go. Maior patet de se. minor probatur qa mul
titudo hominum est magis potens expugna
re malos rebelles ¶ Secundo sic melius ē po
liciaꝫ regi ab illo in quo est maior prudentia:
sed prudentia maior est in pluralitate: ergo &
cetera maior patet per philosophum dicentē
ꝙ ad bonum regimen reip. est summe prudē
tia necessaria. et minor apparet: quia plures
possunt certius iudicare q̄ vnus. ¶ Tercio sic.
expediens est policiam regi ab illo qui diffici
lius frangetur vel corrumpetur ī iudicio q̄ ab
illo qui facilius frangitur & corrumpitur: sed
multitudo hominum difficilius frangitur &
corrumpitur. Maior patet satis. minor nota ē
de se. ¶ Oppositum arguitur quia sequeretꝰ ꝙ In opposi tum.
inter omnes principatus regalis non esset op
timus consequens est falsum et contra philo
sophum in littera/& consequentia patet quia
in regali principatu vnus solus principatur scꝫ
rex. ¶ In questione erunt duo articuli. in pri
mo ponentur notabilia. In secundo conclusio
nes. ¶ Quantum ad primum articulum. Est Prim⁹ ar ticulus.
primo sciendum ꝙ sicut potest colligi ex di Primum notabile.
ctis philosophoruꝫ. multiplex est principat⁹:
scilicet politicus quo princeps policie prin
cipatur. secundus est principatus regalis quo
scilicet rex regit policiam. Et est differentia ī
ter istos. Nam princeps in principatu politico
non est liber: sed eius potestas dependet a su
periore: sed rex est liber. tercius est iconomi
cus quo scilicet paterfamilias regit familiam
et est triplex quidam est despotic⁹ alius pater
n⁹. ali⁹ nuptialis. Iconomic⁹ pricipat⁹ ex istis
trib⁹ pricipatib⁹ cōstituitꝰ. Mō questio presēs
intelligitꝰ de principatu regali vl̄ iconomico. Secunduꝫ
¶ Secūdo notādū est ꝙ homines ī policia sūt
duplices: quidam sunt prudentes recta rōne
et scdꝫ rōes opātes. alij sūt brutales/et in hoc

Tertium. questio potest intelligi dupliciter. ¶ Tercio
notandū est ꝙ policiam regi ab vno potest i-
telligi dupliciter. Vnomodo ab vno solo ope-
rante/de proprio sensu et capite sine concilio
aliorū & non ex potestate ac consilio alio-
rum magnatum & prudentum. Aliomodo si
vtente proprio consilio sed consilio aliorū sa-
Quartū. pientum ¶ Quarto notandum est ꝙ tota in-
Arguitur tentio boni principis debet esse ꝙ ciues sint
reducti in concordiam & pacem. ¶ Sed cōtra
hoc dupliciter: quia dicit philosophus ꝙto ci-
dicit phūs tertio de aia: man⁹ est organū orga tum
norum: & ideo est licitum partē putridā absci
dere ne totū corpus pereat. ¶ Tertio suppo- Tercium
nitur q̄ q̄lz persona priuata ordinatur ad to-
tam cōmunitatē sicut pars ad totum. apparet
quia dicit phylosophus tertio huius/ q̄ ciui-
tas est multitudo ciuium cōgregata per se ad
sufficientiam. ¶ Quarto supponiī q̄ tota in- Quartum
tētio principalitatis in pricipatu ciuili vel po-
litico debet versari principaliter circa ciuita-
tem & vtilitatē reipublice: & communitatis.
patet per phm̄ tertio hui⁹ capitulo tertio vbi
ponit drn̄am inter dispoticū principatū: & po
liticū quia i principatu dispotico principans
intendit bonum propriū: & in principatu po
litico non sed bonum cōmune. ¶ Quinto sup Quintum
ponitur q̄ homo in peccando ab ordine rati
onis recedit & plus ab humana salute: & di-
gnitate: & in bestialem seruitutem incidit. pa
tet suppositio: quia aliquis non dicitur homo
scdm partem sensualem & sensualitatē: sed se
cundum ptem rationalem operantem secun-
dum rationem. ¶ Correlarie sequiī q̄ sicut li Correlari-
citum est occidere propter vsus hominis bru um.
ta animalia: ita licitū est ppter vtilitatē homi
nis hoīes bestiales occidere quia nō sunt nisi
bestie loq̄ndo moraliī. ¶ Sit cōclo rn̄siua affir
matiua. Licitū est principi occidere homines
viciosos quorū viciū nocet toti communitati.
Probaī: nā licitū est abscindere oē illud quod
nocet cōmunitati igitur. consequentia ē nota &
añs patet per quartā suppositionē: quia sectio

principis debet eſſe circa vtilitatem totius cō-
munitatis. Confirmatur nam ſicut licitum eſt
medico membruȝ putridum et aridum a cor
pore remouere ne totuȝ corpus pareat. ſic eti-
am licitum eſt principi occidere et abſcindeꝛ
membrum putridum ſcilicet homines vicio-
ſos a corpore ſcilicet a tota communitate Et
Secund⁹ articulus. hec de primo articulo. ¶ Quantum ad ſecun
Dubium. dum articulum. Sit hoc dubium ¶ Vtrum pſ-
Arguitur ſone priuate ſit licitum occidere malos de qui
bus eſt queſtio preſens Et arguitur quod ſic
cuilibet perſone priuate licitum eſt illd faceꝛ
quod eſt toti cōitati vtile ſed ſic eſt in propoſi
to. maior patet. minor probatur quia abſcin-
dere tales eſt multum vtile toti communitati
In oppoſitum. ¶ Oppoſitum arguitur. quia occidere malefa
ctores in policia ſolum licitum eſt illi cui cō-
miſſa eſt cauſa totius communitatis & policie
ſed hoc eſt ſolum principi igitur. maior patet
de ſe. minor patet quia perſone priuate nulla
Prima notabile. cura policie cōmiſſa eſt. ¶ Pro quo ſciendū
eſt ꝙ non eſt licitum in policia malefactores
occidere niſi in quantum talis occiſio ordina-
tur ad bonum commune et ad eius vtilitateȝ.
Ex quo ſequitur correlarie ꝙ non eſt licitum
principi occidere malefactores propter odiū
priuatum vel cōſimile niſi ordinetur imediate
Secundū ad bonū cōmune. ¶ Secundo ſupponitꝛ ꝙ ſo-
li principi cōmiſſa eſt cura policie. patet ſup-
poſitio quia dicitur tercio huius ꝙ policia ſo
Tercium. lus debetur principi vt ſic & non alijs ¶ Ter
cio ſupponitur ꝙ cuilibet perſone priuate il-
lud ē licitū qđ reſpicit vtilitatē rei publice ſi
ne nocumēto & leſiōe pſone priuate alteri⁹ &
ſi oppoſitum fuerit non eſt licitum. patet ſup-
pō qa perſona priuata non poteſt alicui licite
inferre nocumentum quia vna perſona priua
ta non eſt alteri perſone priuate ſub ordinata.
Item nullum bonum debet fieri vt inde eueni
at malum nec econuerſo. Ex his patet cōclu-
Concluſio reſponſiua ſio reſponſiua. Perſone priuate vt ſic non ē li-
citum occidere malefactores q̄tumcunqꝫ ſint
mali patet ex dictis. Sed contra ponatur caſ⁹
ꝙ ſortes videt platonem qui plato ꝓcurat ma
lum toti communitati / ita ꝙ vult eam prodeꝛ
vel cōburere & ſortes non poteſt principē in-
uenire tunc eſt licitum ſorti interficere plato
nem. Dicitur probabiliter ꝙ in illo caſu licitū
eſt ſorti īterficere platonem / et in illo caſu hoc
non facit tanquam perſona priuata ſed vt per
ſona communis ſcilicet princeps et illud dici
tur probabiliter igitur dicebatur notanter in
concluſione vt ſic. Ad rationem dicitur quod
hoc eſt verum quando fit ſine nocumento al-
Ad rōnes queſtionis terius perſone. ¶ Ad rationes queſtionis. Ad
primam quando dicitur. &c. conceditur ma-
ior & negetur minor vnde alibi dicit xp̄us iu-
ſte iudicate filij hominū. Et cū dicit de⁹ nolo
mortē pctōris mortē īngrum eternam / ſed bñ
vult mortē ſortis. ¶ Ad ſecundaȝ conceditur
maior Et dicitur ꝙ de p ſe eſt malū īterficere
hominē manētē in humana dignitate ſꝫ occi-
dere hominē deſcendētē ab humana dignita
te in beſtialitatem eſt bonum de pſe reſpectu
principis. ¶ Ad terciam negetur minor. quia
talis poteſt mereri vitam eternam in breui tē-
pore. ¶ Ad quartam negetur illa Ad proba-
tionem dicitur ꝙ omne viuēs a diuina ordina
tione reſeruatur nō propter ſe ſed propter ho
minem loquendo de hominibus viuentib⁹ vt
bruta. ¶ Ratio poſt oppoſitum ē pro dictis.

¶ QVESTIO.XI.



Q Veritur. xi. Vtrum in aliquo caſu
licitum ſit interficere innocentem
Arguitur ſiue alium iuſtum Arguitur ꝙ ſic
in aliquo caſu licitum eſt interfi-
cere nocentem ſeu malum ergo & innocentē
conſequentia patet quia maius malum infer
tur vicioſo ſi dānetur q̄ iuſto & bono quod pꝫ
quia eſt in periculo pdendi animam ſuam &
corpus & ſi iuſtus interficiatur ſtatim vadit de
hac vita ad gloriam dei. Antecedens patꝫ ex
dictis. ¶ Secundo ſic illud eſt iuſtum quod ꝓ
cedit ſecundum iuſticie ordinationem ſed ſic
eſt quod quis ſcđm iuſticie ordinationem co-
gitur interficere innocētem ergo eſt licituȝ ma
ior patet minor probatur quia accidit quan-
doqꝫ quod iudex tenetur occidere innocentē
vt ſi probatum fuerit per teſtes quibus ē cre
dendum quod eſt reus mortis: & tamen ſtare
poterit quod erit innocens. Confirmatur nam
videm⁹ per experientiam quod executor iuſti
cie tenetur reum ſibi pñtatum punire. ¶ Ter
cio ſic illud eſt licitum ad quod quis ex prece
pto diuino obligatur. Sed in tali caſu poteſt eſ
ſe huiuſmodi ergo maior eſt nota & minor ꝓ
batur. Nam abraham obligatur ad filij ſui in- In oppoſitum.
terfectioneȝ & tamen erat iuſtus. ¶ Oppoſitū
eſt de intentione alberti ſuper iſto tercio Et pa
tet ratione ſic ꝙ hoc eſt contra iuſticiam quia
eſt dare innocenti quod non eſt ſui quod ē cō
tra leges. ¶ In queſtione erunt duo articuli in Prim⁹ articulus.
primo ponentur notabilia. ¶ In ſecundo con
cluſiones. ¶ Quantum ad primum notandū Primum
eſt quod homo dupliciter conſideratur vno notabile.
modo ſecūdum ſe prout eſt creatura dei alio
modo in comparatione ad aliquid vt ſi nō cō Secundum
ſideretur ad vtilitatem rei publice. ¶ Secūdo notabile.
notandum eſt quod iudex dupliciter conſide
ratur Vno modo prout eſt perſona priuata Tercium
alio modo prout eſt perſona publica et com- notabile.
munis ſcilicet in q̄tum eſt iudex. ¶ Tercio no

tandum est ꝙ multa sunt simpliciter licita iu
dici inq̃tum persona publica que non sunt li-
cita ipsi inq̃tũ persona priuata/patet quia fer-
re sententiam iudici est licitum et condemna
Quartum notabile. re alium sed hoc non est sibi licitum inq̃tũ est
persona priuata. ¶ Quarto notandum est ꝙ
quattuor mala Interficiens Innocẽtẽ. Incurrit. interficiens innocentem quattuor mala icur-
rit. ¶ Primo quia priuat cõitatẽ magno bono
eo ꝙ tollit innocentem de cõitate. Secundo
quia talis facit iniuriam illi quem debet dili-
gere. Tercio quia talis interficiens infert nocu
mentum illi qui non est dignus nocumento.
Quarto quia ibi est secundum rei veritatẽ cõ
Quintum notabile. temptus dei maxime. imo sicut scribitur Luce
secundo. qui vos spernit & me spernit. ¶ Qui
to notandum est ꝙ iudex cõdemnando inno
centem duobus modis potest se habere. Vno
mõ seruãdo verũ ordinẽ iusticie scilicet faciẽ
do tantum q̃tum potest de inquisitione verita
tis Alio modo quia est circa hoc de facto ne-
gligens/& quia statim credat & non curat vtrũ
Secund⁹ articulus. testes sint mali vel boni ¶ Quantũ ad secũdus
articulũ sit prima cõclusio cõsiderãdo hoiem
Prima cõclusio. absolute scd̃m se in nullo casu licitũ ẽ hominẽ
iterficere. pbaẽ qa i nullo casu licitũ ẽ effectũ
dei scd̃m se cõsideratũ corrũpere & destruere
igitur. cõsequẽtia ẽ nota ex termis: quia inq̃tũ
ille homo cõsideratur inq̃tum est creatura dei
Secunda conclusio. est ordinatio dei ꝙ n̄ moriaẽ & q resistit ordi
nationi dei aĩam suã damnat. ¶ Secunda cõ-
clusio. pro aliquo casu licitũ ẽ homi interficeẽ
hominẽ aliũ cõsiderãdo ipm in ordine ad aliũ
pbaẽ qa licitus ẽ iterficere hoiem in casu quo
viciũ suũ noceat toti cõitati: ergo cõsequentia
est nota. similiter ex prima cõclusione qa lici
Tertia cõclusio. tũ ẽ mẽbrũ lesũ & putridũ abscindere a toto
corpe/ne totũ corp⁹ peat. ¶ Tercia conclusio
nõ ẽ liciũ pricipi iq̃tũ est persona priuata iter
ficere innocẽtẽ quẽ scit esse iustũ. Patet cõclu-
sio satis per illa quattuor mala dicta in quarto
notabili/quia in hoc illa quattuor mala incur
Dubium. rit. Sed tunc est dubium vtrũ sit licitũ principi
iterficeẽ iustũ/quẽ scit eẽ iustum i casu quo iu-
dex nõ sciret ipm eẽ reũ licet oppositum sibi
Duplex ẽ iudex probaretur. De ista dubitatione dẽ ꝙ duplex
Rñsio ad dubiũ est iudex/subditus vt prepositus vel baliuus.
Alius ẽ n̄ subdit⁹/vt iperator vel rex. ¶ Et tũc
dicitur probabiliter ꝙ iudex subdit⁹ anteq̃ il
lũ cõdãnaret quẽ scit eẽ iustũ dꝫ renũciare offi
cio iudicis: si iudex nõ scit veritatẽ quãuis ali
que leges dicãt oppositũ. Et de ista dubitatiõe
diceẽ post/& dictũ ẽ i scd̃o libro i quarta q̃one
Quarta conclusio. et vltia. ¶ Quarta cõclusio licitũ ẽ iudici iquã
tũ iudex ẽ iterficere innocẽtẽ/i casu quo iudex
procedit scd̃m debitũ ordinationẽ iusticie qa
ingrẽdo veritatẽ inquãtũ p̃t scꝫ p allegationes
et probationes de inq̃sitione veritatis proba-
tur qa i casu i quo iudex sic pcedit cũ tãta dili
gẽtia nõ ẽ cã iudex illius iudicij principalis er
go cõsequẽtia ẽ nota Et ans̃ pbatur quia cau
sa principalis illius mortis est falsitas testium
Confirmatur quia nisi sic sequeretur ꝙ illicitũ
esset iudici reprehendere testes idoneos fal-
tem apparenter idoneos consequens ẽ falsũ
cõsequentia satis patet Ad rationes principa Ad rõnes
les Ad primam conceditur antecedens si vici
um eius noceat cõitati et negetur consequẽtia
Ad probationẽ dicitur ꝙ hoc non est ex parte
iudicis quia iudex nõ itẽdit interficere animã
sed corp⁹ & si sequatur damnatio anime hoc
est de per accidens ꝙ iudex iferret quattuor
mala vtriq; & tamen inferret plura mala quia
iudex i hoc ꝙ interficit innocentem facit ma
lum toti cõitati. ¶ Secunda ratio est pro secũ
da conclusione. ¶ Ad terciam negetur minor
Ad probationẽ dicitur ꝙ nõ est presentis spe
culationis. ¶ Ratio post oppositum ẽ p dictis

¶ QVESTIO. XII.

Queritur duodecimo. Vtrum licitũ
sit multitudinem principem elige
re et postea ipsum puniri si deliq̃-
rit Arguitur primo quod non ad electionem Arguitur.
principis maxime requiritur prudentia sꝫ sic
est quod multitudo populi frequenter deficit
in prudẽtia igẽ Maior pꝫ qa opꝫ qd̃ eligẽs sit
prudẽs minor patet. Nã dicit sapiẽs stultorũ
infinit⁹ est numer⁹. ¶ Scd̃o illũ nõ expedit in
policia quod est maximum in policia sed ma
ximum in policia est eligere pricipem ergo.
maior patet de se quia illud quod est cõmune
nullius cause curam sortitur. minor patet.
¶ Tercio illud nõ ẽ licitũ in ciuitate p qd̃ viles
persone pmouentur ad dominãdum et prin
cipandum sed per eligere pricipem & puniẽ
eum si deliquerit persone viles et inutiles pro
mouerentur ergo patet maior quia viles per-
sone postq̃ sunt promote multis nocent ideo
dicit philosophus ꝙ magnorũ dñi cõstituti si
viles fuerit multis nocẽt & ledũt et leserũt iã ci
uitatẽ caldeorũ. minor patet qa mltitudo ho-
minũ continet in se multas psonas. ¶ Quarto
sic illũ nõ ẽ cõueniẽs i policia p quod mouenẽ
lites & iurgia ergo & .maior patet qa oppo-
situm policia est pax & cõcordia et ideo dicit
xp̃us oẽ regnũ in se ipsũ diuisũ desolabitur mi
nor patet qa in tali electione qlibet vult defen
dere & pmouere suum amicum ¶ Oppositũ In opposi
est de intentiõe phi tercio huius et ideo dice- tum.
bat solum quod maxime est nociuũ populo
tribuere potestatem scilicꝫ ꝙ habeat eligere
principem et corrigere ipsũ si deliquit. ¶ In q̃
stione erunt duo articuli. In primo ponuntur

Primus articulus. Primum notabile. Tria requiruntur ad principem

notabilia In secundo conclusiones. ¶ Quantum ad primum articulum Notandum est primo quod ad hoc quod aliquis sit verus princeps requiruntur tres conditiones. ¶ Prima quod sit virtuosus moraliter. Secunda est quod sit prudens prudentia morali siue ciuili. Tercia quod sit potens Et declaratur quia prius requiritur quod sit bonus in se modo homo non dicitur bonus in se nisi sit virtuosus quod patet quia illi debetur honor. Secundo requiritur prudentia quia debet habere directiuam regulam suorum actuum & suorum subditorum. Debet etiam esse potens ad repugnandum malis & corrigendum eos et ad premiandum bonos. Verum est tamen quod philosophus prohemio metaphisice ponit sex conditiones sapientis quibus debet esse ornatus princeps verus. ¶ Primo requiritur quod sit sapiens vnum primum opus est regere et non regi. Secundo difficilia cognoscere. Tertio reddere causas suorum agibilium. Quarto habere gratiam seu scientiam. Quinta alijs preesse Sexta habere prouidentiam de futuris. In primo elenchorum ponit philosophus duo opera sapientis scilicet non mentiri de quibus nouit. & mentientem manifestare posse ¶ Secundo notandum est quod duplex est multitudo quedam est bestialis que est constituta ex hominibus vilibus. Alia est ordinata: & bene regulata que est constituta ex potentibus viris/virtuosis/& sapientibus. ¶ Tercio notandum est quod duplex est multitudo bestialis quedam est sensualis que nullomodo participat ratione. Alia est bestialis que est aliquo persuasibilis et corrigibilis et cum hoc participat ratione quo ad supremam. Quarto nota quod ad electionem principis et eius correctionem si delinquat maxime requiruntur due conditiones. Prima est prudentia. Secunda est potentia scilicet quod sint homines ita prudentes quod eligant bene etiam quod sint potentes vt in casu quo noluerunt facere secundum ius posset compellere ex officio Et ideo dicit philosophus quod non solum eligendus est princeps qui vult esse sed debet cogi ad principatum si fuerit ad hoc aptus et virtuosus. ¶ Quinto notandum est quod electus a bona multitudine et bene ordinata maxime apud illam est dilectus. Ista suppositio est alberti in forma. Et causa est quia dicitur nono ethicorum omnes maxime diligunt suum opus modo talis electio si sit populi est electio scilicet opus ipsius populi ergo talis multitudo maxime diligit illud opus scilicet principem. ¶ Sexto notandum est quod principans in policia Duobus modis debet principari. vno modo secundum leges positas in policia. alio modo omittendo tales leges & hoc dupliciter quia vel tales leges ignorat vel contemnit si tales ignorat non est bonus princeps quia princeps debet maxime leges interpretari si contempnit tunc debet puniri vel deponi ab officio principatus Et hoc de primo articulo. ¶ Quantum ad secundum articulum. Sit prima conclusio Non est licitum multitudinem videlicet bestialem eligere principem et post punire si delinquerit. probatur ex dictis quia dictum est prius quod magnorum domini constituti si viles fuerint multis nocent & ledunt et leserunt ciuitatem caldeorum. Secunda conclusio expediens est multitudinem bene ordinatam eligere principem Et hoc in policia in qua princeps maxime est eligendus ab illa multitudine in qua requiritur prudentia requisita ad electionem principis sed hoc est in policia bene ordinata igitur. maior est nota et minor probatur per quid nomen multitudinis bene ordinate. Item patet ex alio quia in multitudine bene ordinata requiritur dilectio totius communitatis Item illis est expediens eligere principem in quibus reperiuntur priora requisita ad electionem sed hoc est in multitudine bene ordinata ergo maior est nota et minor similiter quia si princeps deberet punire aliquem & alij illius vellent resistere opus est quod fiat remedium per residuum communitatis. Item in tali electione seruatur pax & concordia ergo est bene licita. consequentia est nota Et assumptum patet per predicta quia multitudo diligit suum opus proprium Tercia conclusio expediens est multitudinem bene ordinatam eligere principem et punire principem si deliquerit et non principetur secundum leges: siue hoc fit per ignorantiam siue per contemptum. probatur quia ad multitudinem bene ordinatam expedit facere illud cuius oppositum esset destructio totius communitatis. sed hoc est in non puniendo principem si deliquit. ergo maior est nota. Et minor patet quia talis princeps potest facere quod talis principatus esset tirannicus Et illud totum debet intelligi de principe qui eligitur & non de illo qui est per successiuam hereditatem. Et nota quod plus debet puniri talis princeps ignorando leges si deliquerit quam si peccaret leges contemnendo patet per predicta Et hec de secundo articulo. ¶ Ad rationes questionis. ad primam dicitur concedendo maiorem loquendo de multitudine bestiali Et etiam conceditur quod illa multitudo bestialis non habet eligere principem. sed multitudo bene regulata & ordinata. ¶ Ad secundam conceditur illa quod si multitudo sit bene ordinata tunc debet fieri quia multi oculi magis possunt videre quam pauci. ergo conueniens est quod multitudo bene ordinata eligat principem Ad .iij. negatur minor quod talis multitudo bene ordinata eligat principem Ad quartam negetur minor quia talis multitudo includit plures prudentes & bonas personas. ¶ Ad quintam negetur minor quia si talis multi-

Secundum notabile. Duplex multitudo

Tercium notabile.

Quartum notabile.

Quintum notabile.

Sextum notabile

Secundus articulus Prima conclusio.

Secunda conclusio

Tercia conclusio.

Notabile.

Ad rationes

titudo sitbene ordinata tūc seruatur pax et cō
cordia et commune bonum communitatis.
¶Ratio post oppositum est pro dictis.

¶QVESTIO.XIII.


Veritur.xiij. Vtrū tātū sex sunt spe
cies policiarū & n̄ plures neqꝫ pau
ciores scilicet regnū aristrocratia
democratia tirānis obligarchia et
Arguitur tymocratia. Aī primo ꝙ n̄ qm̄ cōicatio ycono
mica n̄ diuidit̄ i tot species ergo nō sūt tot po
licie cōsequētia patet ex simili Aīs ꝓbat̄ qa.
phi. nullā mētionē facit de illa. Secūdo sic tyrā
nis n̄ ē policia igitur. aīs probat̄ qa policia sic
describit̄ Policia ē pricipātiū ordo optīe se ha
bētiū ad rē publicā mō nō sic ē de tyrānide qa
ibi n̄ ē talis ordo. Tercio sic plures sūt species
policiarū q̄ sex. aīs. pꝫ p platonē ponētē poli-
cias mixtas ex istis policijs. Vnde ipē pōit poli
ciā mixtā ex aristocratia & timocratia & sic de
In opposi tum alijs. ¶Oppositū ē de ītētione philosophi in
isto tercio capitulo qnto vbi pōit tm̄ tres spe-
cies politie scilicet policias rectas et alias tres
que sunt trāsgressiones illarū triū politiarum.
¶In questione. erūt duo articuli. In primo vi
debit̄ an cōmunicatio yconomica cū singulis
Secund⁹ articulus. speciebꝰ possit distingui. In scdo rn̄debit̄ ad
Primum notabile. quesitū. ¶Quātū ad primū articulū nota ꝙ ī
isto tercio libro capitulo quito solū tractat phi
Secūdum losophꝰ de politijs simplicibꝰ et nō de cōposi
tis sicut plato ponebat. ¶Secūdo notādū ē ꝙ
ois cōicatio seu policia ad aliq̄ finē ordinatur
ꝑꝫ suppositio primo ethicorū vbi dicit omnis
Tertium. notabile. actꝰ hūanus ordinat̄ ē i finē. ¶Tertio notan-
dū ē ꝙ ad hoc ꝙ multitudo cōposita ex diuer
sis voluminibꝰ & varijs attigat finē ad quē vl-
timate ordinat̄ requirit̄ aliqd̄ pricipale ordi-
nans ipsā multitudinē ad talē finē pꝫ supposi-
tio p albertū i suo cōmēto. Et etiā satis ꝓbat̄
quia n̄ vr̄ quomō diuerse volūtates concorda
Quartum rent nisi p superiꝰ regēs & iō concedit ꝙ om-
duplex est nis priceps dꝫ eē multū prudēs. ¶Quarto no
vltimatum tādū ē ꝙ huiusmodi dirigēs varias volūtates
in finē vltimatū ē duplex quoddā ē supremus
qd̄ ad nullā legē restringit̄ vt ē iperator. Aliū
est subordinatū & illud restringit̄ a superiori.
Quintum ¶Quito notādū ē qd̄ distinctio policiarū po-
test sic haberi. Nā in omni policia vel est vnus
princeps vel plēs. Si vnꝰ solus vel intēdit bonū
cōe & sic ē regnū vel itēdit bonū ꝓpriū & sic
vocat̄ tyrānꝰ Si plures vel tales sūt diuites vel
pauperes. Si diuites aut sic dn̄ando intēdunt
bonū cōe & sic ē aristocratia vel bonū priuatū
et sic est obligarchia. Si pauperes āt intēdunt
Septum. notabile. bonum commune & sic est timocratia vel pri
uatum & sic est democratia. ¶Sexto notādū
est ꝙ politia simplex est ordo principātum et

principatuum q̄ ordine principantes optime
se habent secundum leges ad rem publicam
Ex quo sequitur quod tyrannis non est poli-
cia patet ex vna ratione ante oppositū facta correlariū.
Sit ergo conclusio responsiua ad quesitūꝫ sex Conclusio responsiua
sunt species policiarum ad istum sensum qd̄
sunt sex termini specifice distincti in quibus
ille terminus policia simplex diuiditur. Ista
conclusio satis probata est ex sufficientia. Et
hec de primo articulo. ¶Quantum ad scdm̄ Secundus articulus.
articulum est videndum vtrum cōmunicatio Dubium.
yconomica possit diuidi per istas species itaꝙ Rn̄sio
possit esse regnum et sic de alijs. Respōdetur
quod sic sicut habetur nono et decimo ethico
rum diffuse. Nam si in communicatione yco-
nomica pricipet̄ pater vxori & filijs & intēdāt
bonū cōmune sic ē regnū Si ad bonū priuatū
sic ē tyrānis Si pater et vxor pricipet̄ & filij aūt
intēdūt bonum cōe aut ꝓpriuꝫ. Si commune
sic ē timocrachia Si propriū sic est democra-
chia Si pater vxor & filij fratres et sorores pri
cipētur āt intēdūt bonum commune & sic est
aristocrachia aut propriū & sic est obligarcia
Secunda dubitatio quis pricipatꝰ est melior Secunduꝫ Dubium.
et laudabilior scꝫ an regalis aut politicus sci-
licet vbi vnꝰ solus pricipat̄ vel vbi plēs. ¶Et Arguitur.
arguit̄ primo vbi plēs quia ille pricipatus est
melior vbi reperit̄ maior prudētia sed sic est
in pricipatu politico igr̄. cōña ē nota et maior
pꝫ ex dictis in ꝓcedenti cōclusione minor pa
tet qa multitudo diuersa icludit magnam sa-
pientiā. ¶Oppositū arguit̄ qa principatꝰ rega In opposi tum.
lis pricipalissimo pricipatui assimilatur scili-
cet monarchie totiꝰ vniuersi & ideo dicit phi
losophꝰ pluralitas pricipantium mala vnꝰ er
go princeps. Ad hoc dicitur qd̄ principatꝰ re- Rn̄sio
galis ē melior & pfectior q̄ pricipatus politi-
cus. Ista ꝓpositio ē de itentione philosophi se
cūdo huius et patet per rationem post oppo-
situm ad rationes ante oppositūꝫ conceditur Ad rōnes dubii.
maior nisi per talem pluralitatem redderetur
dissimilior talis policia principalissimo prin-
cipatui. Sed vbi cetera sunt paria veruꝫ ē si es-
set in eadem specie principatus. Modo sic nō
est in proposito. Et hoc de secundo articulo.
¶Ad rationes questionis ad primaꝫ negatur Ad rōnes
antecedens pro vt est satis dictum in primo
articulo et conceditur capiendo proprie poli
ciam et loquendo proprie de policia sed est
policia secundum quid et vocata policia scili
cet apud transgressores licet secundum veri-
tatem non sunt nisi tres policie scilicet regnū
aristocrachia & timocrachia. ad secundaꝫ ne
getur antecedens Et ad probationem dicitur
ꝙ nos loquimur hic de simplicibꝰ & de cōpo
sitis ex istis n̄ ē hic ad ꝓpōitū rōes ꝑt oppīū s̄

pro dictis.

❡QVESTIO.XIIII.

QVartadecima questio. Vtrū homo
iterficiēs aliū casualiter icurrat ho
micidij reatū sic ꝙ talis dicaẛ homi
Arguitur cida Arguiẛ ꝙ sic nā sicut habeẛ geñ. secundo
lamech credens interficere bestiā hominem i
terfecit scilicet caym et homicida reputatus ē
et tamē talis interfecerat casualiter igitur ma
ior pȝ ibidē et minor nota est qa hoc fecit pre
ter intentionem. ❡Secundo sic nam sicut ha
betur exodi.xx. primo. si quis pcusserit mulie
reȝ pregnāteȝ & abortiuū fecerit et mors sub
secuta fuerit animam ꝑ aīa reddet & hoc est
preter intentionem percutientis igẛ maior pȝ
ex textu et minor est nota. ❡Tercio sic nā si-
cut habetur digestis primo ponuntur multi
casus in quibus ponuntur homicide casuales
❡Quarto sic iterficiens hominem casualiter
peccat et non alio peccato q̄ homicidij igitur
maior patet quia talis facit alteri quod nō vel
let sibi fieri et etiaȝ facit nocumētū proximo.
minor patet quia non videtur quo alio pecca
In opposi-tum. to ipse peccaret. ❡Oppositum est de intentio
ne quorūdā expositorū tercio huius. Et patet
per beatum augustinum diceteȝ. quod si ali
quod bonum facimus si ad illud bonum seq
tur mors alterius absit vt tale malum nobis i-
putetur. In questione erūt duo articuli. In p̄-
mo poneẛ notabilia in secundo conclusiones
Prim⁹ ar-ticulus. ❡Quātū ad primū articulum Notanduȝ est
Primum notabile. quod sicut habetur ex dictis philosophi scdo
ethicorum nullum casuale vt sic ab agēti par-
ticulari saltem ipsum producente intenditur
patet quia casus est effectus preter intentio-
Primum correlariū nem. Ex quo sequitur ꝙ nullū casuale vt sic ē
pctm̄ patet quia nullum casuale vt sic est iten
tū nec volūtariū. mō pctm̄ ē volūtariuȝ vt dicit
augustin⁹: qa si non esset volūtariū non esset
pctm̄. Dicit etiam philosophus ꝙ hō nō facit
pctm̄ i illo qđ nō p̄t vitare. Scdo seqtur ꝙ ca-
sualis iterfectio hominis vt sic & scdm se cōsi-
Secunduȝ notabile. derata n̄ ē pctm̄ pȝ clare. Secundo notandum
est qđ aliquid p̄t dici volūtariū dupliciter vno
mō de ꝑ se & directe qa voluntas imediate &
directe ipsū dirigit. alio mō idirecte & de ꝑ ac
cidens scilicet cōsecutiue vel antecedēter vel
interpretatiue cōsecutiue: vt si quis actū com
mittat & postea hēat cōplacētiā in hoc tunc il
lud est voluntarium cōsecutiue antecedenter
vt si quis voluntarie fieret ebrius & in tali ebri
etate faceret malum. Dẛ etiaȝ interpretatiue
vt si sortes posset impedire pctm̄ alicuius per
verbum & non facit ipsemet committit vo-
luntarie illud Ex quo patet ꝙ non sequitur
sortes illum actum committit et non est pro-
tūc actus impatus igẛ n̄ peccat. patet quia po-
test ille actus esse voluntarius apud ipsum a-
ctualiter vel interpretatiue. Secundo sequiẛ
ꝙ si quis voluntarie fiat ebrius et in tempore
ebrietatis ip̄emet cōmittit actū turpē talis est
hoicida & puniendus est sicut voluntarie vi-
ciosus patet qa volūtarie facit licet non actua
liter ideo dicit philosophus ꝙ ebrio debētur
duplices passiones. ❡Tercio notandū est ꝙ Tercium. notabile.
aliqs pōt interficere hominem casualiter duo Duobus modis qs interficit
bus modis vnomodo dādo operam rei licite
scilicet qa facit opus licitū ad qđ sequiẛ mors
alteri⁹ verbi grā si aliqs ecclesiā ruinosā edifica
ret: et ad illius ruinā seqẛ mors alterius. alio
mō dādo operam rei illicite verbi gratia si ali
quis ꝓiceret lapidē i vico vbi cōtingit ꝙ mlti
transiēt. Quarto notādū ē ꝙ interficiens ho Quartum notabile
minem casualiter dādo operā rei licite siue il
licite p̄t duobus modis se habere vnomodo
si adhibet totā diligētiā quā p̄t ne ad op⁹ suū
licitū siue illicitū sequatur mors alteri⁹. alio-
modo ꝙ n̄ adhibet diligētiā bonā sed in hoc
est negligens & n̄ facit diligētiā suā. Quantū Secund⁹. articulus
ad scdm articulū Sit prima cōclusio iterficiēs Prima cō-clusio.
hominē casualiter dādo operā rei licite & nō
adhibēs diligētiā quā p̄t ne ad op⁹ suū sequaẛ
mors alterius incurrit hoicidij reatū & ē ver⁹
homicida pȝ cōclusio ex terminis pȝ ꝙ peccat
quia dat operā rei illicite & hoc volūtarie. Se-
cūdo n̄ adhibet diligētiā quā p̄t nec tātā quā-
tā dȝ quātū ad opus suū. & talis iterpretatiue
vult ipsū iterficere patet qa posset hoc impedi
re si vellȝ ꝑ suā diligētiā Scda cōclusio interfi- Secunda. conclusio.
ciens hominem casualiter dando operā rei li
cite nō tamen adhibita diligētia ne ad opus
eius mors alterius sequatur incurrit hoicidij
reatuȝ verbi gratia ꝓiciens regulas de eccle-
sia quā edificat non faciens signū quādo ꝓi-
cit & i tali ꝓiectione iterficiat aliquē ille ē ve
rus homicida pȝ qa iterpretatiue facit maluȝ
et ꝑ cōsequēs ip̄e peccat. Tertia cōclusio inter Tercia conclusio.
ficiens hominē casualiter. dādo operam rei li
cite & adhibita diligentia debita ne ad opus
suū sequaẛ mors alteri⁹ nō incurrit homicidij
reatū. Nec ē homicida reputādus. patet quia
talis interfectio ē casualis et non volūtaria di-
recte nec indirecte igitur patet consequentia
Et aūs pȝ. ꝙ nō directe notū est nec indirecte
nec aūcedenter nec cōsecutiue nec interpreta
tiue tamē postea displiceat sibi si ip̄e sciat. et
istā conclusionē voluit augustin⁹ & expositor
alberti in rōne post oppositū. Sȝ aliqs peteret. Dubium.
Si aliqs interficeret hominē casualiter dando
operā rei illicite et tn̄ adhibeat tātam diligen
tiā quātā post ne mors alterius seqtur. ❡Vtrū
sit homicida. ❡Rn̄deẛ ꝓbabiliter ꝙ talis in Rn̄sio
hoc qđ dat opā rei illicite vt supponiẛ peccat

tūc & est viciosus & p cōns mal⁹. licet sit ignorās qa ex hoc sequitur q̄ ignorat circunstantias et sic rō sua ē īpedita & sic n̄ pt adhibere tātā diligētiā sicut d₃ & sic nō ē possibilis cas⁹. Et etiā p₃ q̄ ipse peccat et sic añcedenter & iterpretatiue vult. ❡ Ad rōnes. ad primam de lamech gen̄. dī q̄ verū ē q̄a licet daret operam rei licite n̄ tñ bñ cōsiderauit vtrū esset hō vel bestia et sic non adhibuit tātā diligētiā q̄ntā debuit Ad scdā₃ de muliere pregnāte: cōceditur: & dī q̄ i hoc casu ipe daret oprā rei licite ❡ Ad tertiā cōcedit̄ q̄ dant̄ multi casus vbi puniūt̄ tales si ñ apponāt diligētiā debitam: vel si dant operā rei illicite Rō post oppo. ē p dictis ❡ QVESTIO. XV.

Ad rōnes

Verū. xv. Vtrū liceat alicui hoīem interficere se defendendo? Et arguitur q̄ nō q̄a n̄ licet alicui simpliciter fornicationē vel adulteriū vel q̄dcunq̄ aliud pc̄m pro conseruatione vite sue facere ergo patet cōna qa homicidiū est maius pc̄m q̄ simplex foricacio vel adulteriū. añs p₃ quia q̄ncunq̄ cōmittitur pc̄m ineſt mors anime modo vita spūalis preferenda ē vite corporali ❡ Secundo defēsio ē illicita. ergo vr̄ q̄ non ē licitū alicui occidere aliquē se defēdēdo: ergo p₃ consequētia & añcedēs patet p ap̄lm ad romanos secūdo dicētem. non vos defendentes carissimi vbi inuit q̄ vnus contra aliū non d₃ se deffendere. ❡ Tercio arguitur per illd q̄d habetur ab augustino. iij. li. de arbitrio vbi dicitur: quomodo p diuinā potētiā liberi sunt a peccato q̄ p rebus spm̄ q̄s op₃ hōa ua cede poluti sūt ac si diceret q̄ tales a peccato non sunt imunes & p humanā cedē intelligit̄ deffensio nē. ❡ Quarto sic. illd nō ē homini licitū ad q̄d in istanti sequit̄ mors ppria: s₃ i tali deffensio ne fit huiusmodi. igr̄. maior p₃. qa illicitū ē se ipsū iterficere: & p consequēs facere actū₃ ad quē sequit̄ mors vel interfectio & minor ē nota: qa sepe tales iterficiūtur vel a iudice vel ab alio. ❡ Oppositū arguitur nā p conseruatione pprie domus licitū ē interficere homines igr̄: & p conseruatiōne vite proprie per locu₃ a minori. añs p₃ p illd exo. xxij. si fur domū fodiens fuerit inuentus & accepto vulnere mortuus fuerit percussor non erit reus sanguinis et ē text⁹. ❡ In questione erūt duo articuli. in primo videbitur vtrū defensio sui ipsius sit defensio licita in secundo vr̄ de q̄sito principali tercio propter terciam & quartā ratiōnē: ante oppositū videbr̄ vtru₃ licitu₃ sit se ipsu₃ interficere. ❡ Quantum ad primum articulu₃ est primo notandum q̄ deffendens seipsum est duplex. Nam vel est persona priuata / vel persona publica vt miles volens defendere rēpublicam. ❡ Secundo notandum est q̄ aliquis potest se defēdere dupliciter. vno modo intendendo pricipaliter conseruationē vite pprie. Scdo refferēdo deffensionē₃ sui ipsi⁹ & sui bonū aut ad bonu₃ toti⁹ communitatis sicut facit strennuus miles. Nā hoc facit ppter bonu₃ cōmune sc₃ q̄ pugnat contra inimicos. ❡ Tūc sit prima conclusio deffensio sui ipsius solum liuore vidictē n̄ est licita p₃ qa finis ei⁹ est illicitus ergo et talis deffensio p₃ consequentia quia ordinata ī fine₃ hūt bonitate₃ vl̄ maliciā ex fine. Et añs p₃ quia faciens vidictā ex mala intentione pcedit sc₃ ex ira & rācore ❡ Secūda cōclusio deffēsio sui ipsi⁹ p cōseruatione vite si n̄ sit ex malicia. est licita appet qa certu₃ est q̄ si n̄ se deffēderet posito q̄ aliqua deffensio esset debite circunstātionata quod eēt causa sue mortis ❡ Tertia cōclusio deffensio sui ipsius p conseruatione pprie vite maxime referendo deffensionē vite sue pprie ad bonu₃ publicū est multum laudabilior q̄ sit deffēsio sui ipsius pro conseruatione vite sue solū. Probatur quia talis defensio ordinatur ad finem nobiliorem q̄ deffensio sui ipsius solu₃ igitur patet consequētia et añcedens pat₃. quia vna deffensio refert̄ ad bonu₃ commune. Alia ad bonum priuatū Ex quib⁹ p₃ quod apostolus ad. ro. ij. itellexit de deffēsione sui ipsi⁹ que fit liuore vidictē & maxie si sit persona priuata. ❡ Quātū ad secūdū articulū. Primo notādu₃ est q̄ ex actu hois se deffēdētis duplex est effectus vel pt̄ sequi frequenter sc₃ cōseruatio vite pprie & mors siue occisio inuadētis. ❡ Secūdo notādu₃ ē q̄ iterficiens hoiem se deffendendo pt̄ se habere vno mō qa deffendens se vtatur violētia maiori repellendo violentiam inuadētis q̄ op₃. alio mō q̄d talis vtatur violētia debita & moderata scilicet quia potest deffendere violentiam suam moderate et de ista deffensione intelligitur auctoritas vi vi repellere licet. ❡ Tercio notādum est q̄d iterficiēs hominem deffendendo se potest dupliciter se habere vno modo q̄ intendat vite proprie cōseruationem solum alio modo quod intendat principaliter interfectionem inuadentis & q̄d ipse in vita conseruetur. ❡ Sit ergo prima cōclusio interficiens hominum se deffendendo vtens maiori violentia q̄ oportet sine cōparatione peccat et illicite facit. p₃ quia postquā vtitur maiori violentia q̄ oportet videtur q̄d intendit mortem alteri⁹. et quod hoc facit ex malo motiuo. ❡ Secunda conclusio nulli est licitum deffendendo se hominem interficere in casu quo deffēdēs se principaliter intendit occisiō₃ inuadētis patuit satis ex dictis imo tal̄ est dicēd⁹ ver⁹ homicida & simpliciter puniēd⁹

Arguitur

In oppositum.

Prim⁹ articulus
Primum notabile.

Secundus notabile

Prima cōclusio.

Secunda conclusio.

Tercia cōclusio

Secund⁹ articulus.
Primum notabile.
Secundus notabile.

Tertium notabile.

Prima cōclusio

Secunda conclusio.

Tertia cō clusio.

¶Tertia cōclō rñsiua.hoi licitum est hoiem
interficere se defendendo dūmodo vtaẽ mo-
derata violētia & dūmodo principaĺr inten-
dat vite ꝑprie cōseruationẽ. Ista ꝑpō satis pȝ
per rationẽ factā añ oppositū. Ex istis pȝ ꝙ vi
& violētiā inuadētis violētia moderata repel
lere lȝ.verū ẽ ꝙ illa cōclō idiget moderamie.
Nā ista conclō intelligenda est de ꝑsona pri-
uata & dūmō defensio sua sit solū ꝑpter vtili
tatẽ suā ꝑpriā/ & hoc dicẽ ꝑpter milites strē-

Tertius articulus. conclusio. responsiua

nuos:quia si referet ad bonū commūe essȝ lici
tum ¶Quātū ad tertiū.ponēda est conclō rñ
siua.in nullo casu illud est licitū qđ ẽ contra le
gẽ & contra deū:sed occidere seipȝ est hmōi:
igiẽ. Maior patȝ/ & minor ꝓbaẽ. quia mors &
vita nr̄a depēdent principaĺr a deo/ & sic seq-
tur ꝙ interficiēs seipsum vsurpat dñiuȝ ꝑpri
um deo de re aliena. ¶Sed si quis diceret ꝙ
similiter argueret ꝙ iudex non deberet hoieȝ
interficere. Rñdeẽ ꝙ non est simile quia sic ẽ
ordinatū per veras leges. ¶Secūdo illud non
est licitū qđ ẽ contra legẽ naẽe: sed sic est ibi
qa qđlȝ ens diligit naturaĺr ꝑmanentiam.
¶Tertio illud est illicitū per qđ tolliẽ aliqd
de bono communi sȝ sic ẽ i ꝑposito:igiẽ. Ma
ior pȝ/ & minor est nota.qa talis homo aufert
seipsum q ẽ qđdā bonuȝ & suppositū commu
nitatis. Et de ista materia videbiẽ postea Et si
dicaẽ ꝙ aliq patres ātiq se iterfecerūt Dr̄ ꝙ
hoc fecerīt ex dispēsatiōe spāli & īfluētia diui

Ad rōnes

na dequo nō est ad ꝑpositū ¶Ad ratiōes. Ad
primā diciẽ negando conseq̄ntiā qa defensio
suiipsius & occisio inuadentis imediate ordi-
naẽ ad conseruationẽ vite ꝑprie/ & sic non ẽ
de illis pc̄tis. ¶Ad scđaȝ diciẽ. ꝙ verū ẽ si fiat
liuore vidicte & a ꝑsona priuata. & hoc voluit
Apoſ.ad Ro.ij.non vos defendētes &c.sit ra-
tione vindicte. ¶Ad tertiā qñ diciẽ ab Augu
sti.in lib. de libero arbitrio &c.diciẽ ꝙ illa ꝓ
positio intelligiẽ iuxta dicta.s.ꝙ non ẽ licituȝ
interficere hoiem se defendēdo ꝑpter vindi-
ctā a ꝑsona priuata & hoc principaĺr qñ defē
dēs itēdit interfectionẽ alteri⁹. ¶Ad quartaȝ
concediẽ ista si sequaẽ mors tanq̄ seq̄la. vt non
ẽ licitū ꝙ cū gladio magne q̄ntitatis ꝑcutiat ca
put inuadentis ꝓ parua iniuria vt dictū ẽ sa-
tis ¶Ratio post oppositū est ꝓ dictis & pro
conclōne rñsiua.

¶QVESTIO.XVI.

QVeriẽ.xvj. Vtrum licitū sit hoi con
dēnato ad mortem contra iudiceȝ
se defendere quatin⁹ a morte libe-

Arguitur.

retur. ¶Arguiẽ qđ sic. Illud ẽ licitū ad quod
natura inclinat sed ad talem defensionẽ natu
ra inclinat:ergo Maior pȝ/ quia supponiẽ ꝙ
natura non nisi ad bonum inclinet.minor no
ta est:qa natura semꝑ appetit manere. ¶Se-
cūdo sic nā condēpnatus ad mortẽ si ip̄s & lo
cum habeat p̄t recedere vt dictū ẽ. conseq̄ntia
est nota & añs ꝓbaẽ p illa q̄ sunt alias dicta.
Confirmaẽ ratio p autoritatẽ q̄ dicit. sis longe
ab eo/q potestatẽ hȝ te interficiēdi. ¶Tertio
sic.accusatus coraȝ iudice licite p̄t negare ve
ritatẽ vt non cōdēpneẽ igiẽ. conseq̄ntia est no
ta:& añs ꝓbaẽ p Isi. dicentẽ non tibi dico vt
te ꝓdas in publico. ¶Oppositū arguiẽ.nā il-

In opposi tum

lud non ẽ licitum ꝑ qđ qs acqrit sibi dāpnatio
nem:sed per talem defensionẽ contra iudiceȝ
acquirit sibi dāpnationem igitur. maior patȝ
per Apoſ.ad Ro.dicentem.qui potestatis di
uine ordinationi resistit dāpnationem acqui
rit. ¶In questiōe erunt tres articuli. In primo
poneñ notabilia. In secundo cōclusiones. In
tertio vtrū accusatus coram iudice licite pos-
set negare veritatem ꝑpter quā dampnareẽ
si eam confitereẽ. ¶Quantum ad primuȝ ar

Primus articulus. Primum notabile.

ticulum.primo notandum ꝙ aliquis dicitur
cōdempnatus ad morteȝ duobus modis.vno
modo iuste & secundum ordinationem iuris.

Secundus notabile.

alio modo iniuste. ¶Scđo notandū est.ꝙ in
iuste cōdēpnat⁹ ad mortem dupĺr pōt se de-
fendere vno mō sine scādalo.alio modo non
nisi cū scandalo & maxia turbatione ciuitatis

Tertium notabile

¶Tertio notādū est ꝙ illa oīa licita sunt bōa
ad q̄ quis inclinatur pȝ quia si hō procederet
secūdū inclinationem nature multa mala per
petraret. patȝ qa dicit Apoſ. Scio in corpore
meo legẽ cōtrariā legi nature. Itẽ natura hūa
na ꝑmpta ad malū ẽ:& iō data est hoi rō & li

Quartum notabile.

berū arbitriū. ¶Quartū notandū ẽ ꝙ natura
liter loq̄ndo eligibili⁹ est subire morteȝ tp̄aleȝ
q̄ aliqđ turpe cōmittere simpĺr. patȝ. qa sicut
aīa ẽ p̄ciosior corpe ita & dispositio & ꝑfcō aīe
est ꝑfectior ꝑfctiōe & dispōe corpis/ & hoc p

Quintum notabile.

phm̄.vij. Ethi. &.x.ēt. ¶Quito notandū ẽ ꝙ
hō iuste cōdēpnat⁹ ad mortẽ & i viclo posit⁹
per suū iudicẽ nullū dñiū hȝ supra corp⁹ suū:
nec quoad vsū:nec quo ad ꝑpetatẽ si nō sit in
iuste cōdēpnat⁹ & iō qñ ẽ cōdēpnat⁹ & detēt⁹
p iudicẽ suū tūc ptās iui corpis ẽ cōitat̄ & h⁰

Secundus articulus Prima cō clusio.

đ prio arti. ¶Quātū ad scđȝ arti.sit pria ꝑpo
sitio.licitū est hoi iiuste cōdempnato ad mor
teȝ se defendere si possit q̄tinus a morte libe-
tur & hoc si p̄t fieri sñ scādalo cōitatis:patȝ qa
p⁹q̄ tlis est iiuste cōdempnat⁹ p̄t vti corpe suo
ad plȝ suū. Itẽ nisi sic seqẽ ꝙ cōdēpna⁰ eẽt cā

Secunda conclusio.

sue mortis & cā cōdēpnatōis aīe iudicis. itẽ qa
scit se eẽ inocētẽ iō p̄t se đfēdeẽ. Zª cō⁰ ꝓbaẽ
bil̄r p̄t dici ꝙ illicitū ẽ hoi ad mortẽ.iiuste cō-
dēnato se đfēdeẽ. ꝯ iudicẽ si hoñ possȝ fieri sñ
notabili scādalo ꝯitatis ꝓbaẽ qa bonū cōe sp ẽ
ꝑferēdū bono ꝑticlari/loquēdo ñ solū đ bono

honesto sed etiã de bono fortune seu casuali/ sed talis sic faciens prefert bonũ priuatũ bono cõi. ¶ Tertia cõclusio non est licitũ hoi iu ste ad mortẽ cõdẽpnato se defendere cõtra iu dicẽ q̃tn⁹ a morte liberet / & hoc dicendo q̄ possit. pbat autoritate Apli post oppositum. ¶ Secundo talis vellet iustitiã non fieri. Tertio frangeret ordinatiõnẽ iustitie/ & preferret bonum priuatũ nõ honestũ bono cõi & honesto quia bonũ cõe & honestũ est / q̄ malefici moriant. Item melius est oia mala pati q̃ alis qd turpe cõmittere vbi nõ esset alia vita post istam vitã qd cõtra fidẽ nostrã. ¶ Quantu ad tertiũ arti. Arguitur sic quia aliquis p̄t cõmittere mẽdaciu m officiosum ꝓpter cõseruatio nem vite alteri⁹ igit magis p̄t ꝓpter cõseruatione vite ꝓprie. cõna est nota. Et añs pbatur pcasum cõe3. quia si aliqui quererent aliquẽ quẽ vellent interficere illi qui viderunt licite p̄nt dicere q̄ nõ viderũt. ¶ Scdo sic illud non est licitum q̄ nõ est cõtra dei dilectionem/ et cõtra dilectionẽ p̄ximi sui: igit. P3 cõna. quia ois lex dei & ꝓphetie pẽdẽt in illis duob⁹ mãdatis. ¶ Oppositũ at. Nam mẽdaciũ est p se malũ: igit & nullo mõ d3 cõmitti igit. cõna est nota. Et añs est phi quarto ethicorum de ista materia sunt difficultates vt postea magis dicet. ¶ Sed tñ ad p̄ns sciẽdum est primo q̄ iudex apud suum accusatum in sua presẽtia p̄t dupliciter se habere. Vnomodo debite secundum qd iura dicunt inquirendo veritatẽ. Alio mõ non tenendo rectum ordinẽ iuris. ¶ Notandũ est secũdo. q̄ in quoi3 mẽdacio tria ma la cõmittunt: s3 peruersitas/inhumanitas/ & iniquitas. peruersitas est qñ aliqua ordinatur ad aliquẽ finem alium q̃ ad illum ad quẽ3 debẽt ordinari & sic est in mẽdacio. quia date sunt nobis voces vt possimus exprimere illa q̃ in mẽte habemus cõtra qd est mendaciũ. peruersitas ẽ qñ p voces non exprimim⁹ illud qd habemus in mente. Secundo committitur inhumanitas. quia inhumanũ est q̄ homo decipiat proximum suum & animã proximi sui quia facit ipsam assentire falso. Tertio cõmittit iniqtas/ quia vox debet consonari mẽti & qñ dissonat est iniquitas. Ex isto sequit pbabiliter q̄ in nullo casu est mentiendu3. ¶ Ex quibus sit conclusio responsiua. i casu in quo iudex se habet ad accusatum secundu3 rectũ ordinẽ iuris accusatus nõ p̄ot licite negare veritatẽ ꝓpter quã cõdempnabit eã confitẽdo. patet quia si iudex se habet secundũ rectũ ordinem iuris & presentetur sibi / ille accusatus est subditus iudici tali ergo si iudex recte procedit tenetur sibi obedire in casibus licitis & honestis. Item quia si non/ sequeretur q̄ talis nollet iustitiam fieri. Itẽ si accusat⁹ fuerit nocens & q̄ possit cõuinci ipse cõdẽpnat. ¶ Ad rationes dubij. Ad primã dicitur q̄ nullus se debet ꝓdere in publico: sed si fuerit accusat⁹ iuste & publice corã ipso iudice/ tenet dicere veritatem. ¶ Ad scdam dicit cõcedendo añs iuxta dicta/ & di q̄ nec seipsum talis accusatus ꝓdit nec aliũ. ¶ Ad rõnes q̃stionis. ¶ Ad primã negat illa vniuersalis nisi natura ad illud inclinet scdm rectum iudicium rationis. ¶ Ad secundam negat añs. Et qñ dicit sta lõge ab illo. &c. i. sta longe ab illo qui p̄t te iniuste occidere. ¶ Ad tertiã p3 et solutio ex tertio articulo quid sit dicendũ ¶ Ratio post oppositum est p dictis. ¶ QVESTIO. XVII.

Q Veritur decimo septimo. Vtrum perhibere falsum testimonium in quocunq̄ casu sit vitiosum? ¶ Arguitur q̄ nõ. quia in casu quo quis ex ignorãtia inuincibili vocet i testimoniu3 in p̄ntia sui superioris & requirat ab eo testimoniu3 scd3 rectum ordinem iuris in loco illo si talis faciat diligentiam suam ad dicendum veritatem q̃tum potest & dicat falsum testimonium nõ peccat: ergo &c. ¶ Secũdo sic illud non est vitiosum quod nulli nocet & alicui prodest: sed perhibere falsum testimonium est huiusmõi igitur maior p3 de se. & minor p3. in casu quo quis phiberet falsum testimoniũ qñ ꝓdest alicui & nulli nocet. ¶ Tertio sic. si in quocũq̄ casu perhibere falsum testimonium est illicitum sequeret q̄ non esset conueniens dicere testi q̄ non periuret. cõns est falsum/ & p3 cõna q̄ posti̇ vitiose ageret sic q̄ perhiberet falsum testimoniũ sine piurio. ¶ Quarto sic perhibere falsum testimonium ad liberandũ patrem vel p̄ximum suum est licitum ga non ẽ vitiosũ: ergo licitũ. cõna p3 de se. Añs pbat. Nã illd ẽ licitũ c⁹ oppm ẽ cõtra caritatẽ vl veritatẽ: s3 nõ phibere fl̄m testioniũ ad liberandũ pr̄ẽs/ mr̄ẽs/ vl̄ p̄ximũ ẽ cõtra caritatẽ: ergo ẽ licitũ maior p3 de se: minor pbat: qa hoc ẽ contra discõem p̄ris ad quã3 obligamur. ¶ Oppositũ ẽ de intentione Alberti i suo. li. sup istũ. iii. vbi dicit q̄ nõ ẽ licitũ f̄m̄ testioniũ phibere. Itẽ hẽt puer. ij. falsus testis nõ erit ĩpunit⁹ In q̃ne erũt duo arti. In primo videbit de q̄sito. In. ij. videbit vtrũ i aliquo cãu licite aliqs p̄t reuelare illd qd ẽ sibi dictũ i secreto ¶ Quãtũ ad primũ arti. notãdũ ẽ primo q̄ i sto testio nio cõmittũt tres notabiles diffõrmitates. i⁹. est piurium. 2⁹. est corruptio iustitie. 3⁹ est mẽdaciũ. primo reperitur periurium quia si quis vocetur ad testificãdũ ip̄e iuramẽto astrigit dicere veritatẽ. 2⁹ ibi ẽ violẽtia iustitie ga iustitia est reddere vnicuiq̄ qd suũ ẽ. 3⁹ ibi cõmittit mẽ-

Tertia conclusio.
Tertius articulus.
Arguitur.
In opposi tum.
Primum notabile.
Scd3 nota bile.
In menda cio tria sũt
Conclusio responsiua
Ad rõnes dubij.
Ad rõnes questiõis.
Arguitur
In opposi tum
Primus articulus pri mum nota bile
In falso te stimonio, sũt tria

dació/quia in falso testimonio aliter est in voce q̄ in mente. Vnde dictum est alias in questione precedenti ꝙ in mẽdacio sunt tria mala.s.peruersitas/inhumanitas/ & iniquitas qa non est equitas vocis ad mentem. Secūdo notandū est. ꝙ aliquis potest dicere dupliciter falsum testimonium.vno mō cum intentione fallendi fraudulenter.scđo modo contingit si eri cum ignorantia inuincibili exhibendo tātam diligentiam ad sciendū veritatē q̄tam sibi possibile est. ℂ Tertio notandum est ꝙ secundū aliquos afferens aliquod dubium tanq̄ certum incurrit mendacium et falsū testimoniū dato ꝙ faciat diligentiam sicut potest/tñ mentitur. Patet quia cum sit dubius exponit se periculo. ℂ Quarto notandū est ꝙ in nullo casu mala sunt facienda vt inde bona eueniāt. Appat et quia nō est possibile ꝙ malum sit in bonum ordinatum ergo si finis est malus medīū nō potest esse bonum. Correlarie sequit̄ posito ꝙ falsum testimoniū sit vitiosum propter nullum bonū naturale vel fortune est cōmittendū falsum testimonium. ℂ Tertio sequitur ꝙ stante primo correlario non est licitum ꝓ liberatione patris vel matris vel ꝓximi sui falsum testimonium phibere. Patꝫ ex primo correlario. ℂ Tunc sit prima conclusio respōsiua phibere testimonium falsū vbi est ignorantia inuincibilis/& vbi requiritur a suo superiori cui debet obedire scđm iura nō est vitiosū seu illicitū. ꝓbatur cōclo quia si sequeretur ꝙ aliquis vitiose ageret faciendo illud qd̄ non pōt vitare.cōns est falsum/& ꝓbat̄ cōsequētia.quia supponit̄ ꝙ iste tenet̄ obedire suo superiori/& ꝙ faciat omnē suam diligentiam ꝓ dicendo veritatē quia nō dicit falsum testimonium cū intentione fallendi. Correlarie sequitur ꝙ ꝓbabile esset concedere ꝙ falsum phibere testimoniū est licitū & non vitiosum. ℂ Secunda cōclusio in tali casu perhibere falsum testimonium non est licitum immo simpliciter est illicitum & hoc si phibeas falsum testimonium cū intentione fallendi/ & sciat hoc esse falsum. ꝓbatur quia in nullo casu illd̄ ē licitū i quo tres maxie difformitates cōmittuntur:sed hoc ē in falso testio igit̄. maior pꝫ de se. Et minor ꝓbat̄ primo nā talis se periurat. scđo violat iustitiā. tertio committit mēdaciū in quo etiā sunt tria mala cōmittenda. Et hoc de primo articulo. ℂ Quātū ad secundū arti. primo supponendū est pro euidētia dubij ꝙ aliqs ꝓt recipere aliquid i secreto dupliciter. vnomō ꝙ recipiat illud signo confessionis seu confessoris & tanq̄ cōfessor in foro penitētiali. Aliomō ꝙ recipiat illud solū in secreto & sine iuramento. ℂ Scđo notandū ē qd̄ cōfessor scit ꝑ cōfessionē scit inqtū cōfessor:sed hoc nō inqtū hō:sed inqtū minister dei cui in hoc & in alijs debet obedire. Iō dicit Aug. qd̄ ꝑ cōfessionē scio minus scio q̄ qd̄ nescio. ℂ Tertio notandū est ꝙ illud qd̄ ē alicui reuelatū ꝑt dupl̄r habere. Vno modo ꝙ esset nociuum cōitati si nō reuelaret. Alio modo qd̄ nō esset nociuū ei. ℂ Tūc sunt tres cōclones. prima. In nullo casu pōt hō reuelare illud qd̄ est dictū sibi in secreto/& sub sigillo cōfessiōis. ꝓbat̄ quia i nullo casu hō ꝑt reuelare illud qd̄ nō est sibi notū:sed hmōi est i tali casu:ergo sequit̄ ꝓpositū. Cōfirmatur quia obligatio per quā hō obligat̄ a deo maior est q̄ obligatio facta ab hoie:sed obligatione diuina obligat̄ quis ad nō dicēdum illa q̄ sibi tali modo dicta sunt:igitur nō est licitū. Maior pꝫ de se. minor ꝓbat̄ qa vnusquisqꝫ tenet̄ i secreto nō reuelare illud qd̄ est dictū sub sigillo confessionis. ℂ Scđa cōclo hō ꝑt licite reuelare illud qd̄ est sibi cōmissū secrete sine sigillo cōfessionis & sine iuramento/& hoc si illd̄ cadat in preiudiciū cōitatis & toti⁹ xpianitatis. ꝓbat̄. qa nisi sic sequeret̄ ꝙ aliquis posset licite eē cōsentiēs alicui corruptioni/& malo totius cōitatis. Cōns est fl̄m. Et pꝫ cōna qa si nō iurauit nec scit sub sigillo cōfessionis. dicet̄ ꝙ erit cōsentiēs tali malo. ℂ Tertia cōclo hō nō pōt reuelare illud ꝙ est sibi in secreto cōmissum/& hoc si nō sit in ꝓiudicium reip. vel toti⁹ cōitatis aut xpianitatis/vel si nō possit reuelare sine infamia illi⁹ q sibi dicit ꝓbat̄ quia nullus pōt licite reuelare illud qd̄ est ad diffamationē sui ꝓximi:sed sic eēt hic: igit̄. ℂ Ad ratiōes prima est ꝓ prima cōclusione. ℂ Ad scđam dr̄ qd̄ mēdaciū nec officiosū nec iocosum est licitum. ℂ Ad tertiā negat̄ cōna. Nam plus est falsum testimoniū q̄ simplex piuriū. ℂ Ad quartā negat̄ añs/ & dicitur ꝙ in scđo casu debet cōmittere fl̄m testimonium. ℂ Ratio post oppositum est pro dictis.

ℂ QVESTIO.XVIII.



Prima pclo ¶ Sit ergo prima conclusio. Si quis alium dãnificauerit in bono nondum habito non tenetur ad restitutionem. patet quia quãdoq; hoc esset sibi impossibile vt alias dictum est. Nec esset ibi equalitas quia ipe nihil abstrahit & tamen restituit quod potuisset non habuisse & potuit non accidisse: sed verisimile est q; talis tenetur alteri benefacere & subueñire si posset. Et sic rationes solute sunt.

Secundum dubium ¶ Secundum dubium est. Vtrum ablatum solum debet restitui illi a quo est ablatum. Et videtur q; non: quia hoc est quandoq; impossibile. Arguitur q; sic quia non fecit alteri nocumentum in hoc.

Prima põ ¶ Quantum ad hoc sit prima conclusio. talis tenetur restituere ablatu; illi a quo abstraxit tale bonum ablatum si possit illud habere. & si sibi adest facultas. & si nõ adsit facultas debet petere dilationem vel absolutionem.

Scda põ. ¶ Secunda conclusio ille qui per rapinam vel per furtum abstraxit ab aliquo aliquid non tenetur idem bonum restituere. Patet quia quandoq; hoc est sibi impossibile: sed si possit facere & alter non sit presens debet committere i pios vsus ablatum.

Tertium dubium ¶ Tercium dubiu; est vtrum ille qui abstraxit aliquid per rapinam teneatur immediate restituere. ¶ Et videtur q; sic. quia perseuerantia aggrauat peccatum. Oppositum patet quia qñq; hoc est impossibile.

Prima conclusio ¶ Sit ergo prima cõclusio probabilis. q; talis immediate non tenetur restituere saltem quo ad actum exteriorem. Pat; quia forte ille cui deberet restituere est absens mortuus vel non habet vnde.

Secunda conclusio ¶ Secũda conclusio. quo ad actum interiorem talis tenetur immediate vel saltem post ablationem velle restituere. patet quia actus interiores arguunt mentem.

Ad ratiões ¶ Ad rationes. Ad prima; dicitur q; non est sibi impossibile q; ablatus restituatur in propria forma vel equiualenti vel secundum arbitriũ bonorum virorum. Et negatur minor. Et ad probationem dicitur q; in tali casu potest ablatũ per furtum restituere aliquo modo. scilicet dicendo ego dixi hoc iratus & sic restituit secũdum rectu; ordinem. Et quando dicitur. si aliquis & cetera. negatur hoc & vlteri⁹. Ad tertiam negatur minor. Et vlterius quando dicitur. q; modicu; deest & verum est omnino: s; tñ rapit sibi aliquid scilicet bonum habendu; contingenter. Ad quarta; dicitur q; sibi tenetur si potest.

QVESTIO.XXV.


Queritur. xxv. Vtru; licitũ sit vitioso homini homine; delinquentẽ corrigere

Arguitur ¶ Arguitur prio q; sic. quia nisi sic sequeretur q; vitiosus ꝓpter vitium excusaretur de precepto obseruãdo cõns ẽ falsũ: qa tũc malefactor de suis maleficijs cõmodũ reportaret. Et patet consequentia qa correctio fraterna cadit sub precepto. modo si non liceret corrigere delinquentem sequeretur ꝓpositum. ¶ Secundo sic vitiosus propter peccata sua non debet omittere elemosina; temporalem: ergo nec spirituale;. tenet consequẽtia/qa spiritualis ẽ maior multo Et antecedẽs est notum. ¶ Tertio nisi sic sequeretur in casu q; malum dimitteretur impunitum. consequens est falsum quia quilibet vitiosus est peccator. Et patet consequentia. quia si sit vitiosus nõ potest corrigere cum igitur quilibet vitiosus sit quia peccator: sequitur propositum ¶ Quarto sic. licitum est homini vitioso facere ordinatu; a natura: sed hoc est corrigere vitiosum: igitur. Patet maior de se. Et minor nota est. quia ad voluntatem reipublice est: q; mali puniantur.

In oppositum ¶ Oppositum patet per Isidorum in de summo bono dicentem non debet aliorum vitia corrigere qui vitijs est subditus. Et in decretis non debet eijcere festucam de oculo fratris sui qui trabem gestat in oculo suo. Idem patet per Cathonem. turpe est doctori/cum culpa redarguit ipsum. Et ideo dicit Apos. O homo inexcusabilis es in quo alium iudicas teipsum condemnare.

Dubium ¶ In questione erunt duo articuli. In primo videbitur de quesito. In secundo. vtrum ille qui corrigit alium debeat a tali correctione abstinere se. si ille quem corrigit fiat deterior.

Primus articulus ¶ Quantum ad primum articulum.

Primum notabile Sciendũ est q; homo vitios⁹ potest dupliciter se habere vno modo q; in ipso ratio totaliter est peruersa: s;; sic. q; sensus simpliciter dominatur. Alio mõ q; Modo nondũ in ipso ratio sit totaliter extincta. Modo questio intelligitur de illo i quo ratio non totaliter extincta est.

Secundum notabile ¶ Secũdo notandum est. q; de tali vitioso adhuc possumus loqui dupliciter. vno modo si eius vitiũ sit occultum iusticie. alio modo q; sit manifestum.

Tertium notabile ¶ Tertio notandum est q; duplex est correctio. nam quedã est actus iustitie per pene coactiones alia est que est actus caritatis q est vera correctio & fraterna.

Quartum notabile ¶ Quarto notandu; est q; inter istas duas spes correctionis sũt tres drñe. prima est principis. qa pria correctio solũ ptinet ad pricipes. scda ptinet ad quẽlib; re

spectu vniuscuiusq;. secunda differentia est q̄ prima correctio ordinatur in bonū cōmune: secunda ordinatur in bonum persōe priuate. tertia differentia est quia prima nō fit per monitionem sed per punitiones: secunda vero fit per ammonitionem. ex quo sequitur correlarie. ꝙ loquendo de correctione q̄ est actus iustitie ad inferiorem non spectat corrigere superiorem.

Quintum notabile

℃ Quinto notandum est. ꝙ correctio fraterna propter tria potest esse indebita vno modo ratione scandali. secundo propter superbiam corrigentis. tertio propter indignitatem ipsius. primo propter scandalum: quia si homo corrigens sit vitiosus/scandalum est si bi eo ꝙ ipsemet est vitijs aggrauatus. secūdo propter superbiam corrigentis cum superbit & vilipendit. tertio propter indignitatem. scilicet propter peccata publica & manifesta.

Prima conclusio

℃ Sit ergo prima conclusio. loquendo de correctione que est actus iusticie homini vitioso cuius peccata nō sunt manifesta licitū est corrigere delinquentem. pz per rationes factas ante oppositū & maxime per tertiam & quartam.

Scda pclo

℃ Secunda conclusio. loquendo de correctione fraterna licitum est homini vitioso delinquentem corrigere. loquendo de vitioso cuius peccata non sunt manifesta/& hoc cum debitis circunstantijs: scz cum bona humilitate & ad bonum finem. Patet quia per hoc potest cōmouere ad virtutes & se & etiam alius.

Scdo articulus

℃ Quantum ad secundum articulum. Sit prima dubitatio. vtrum ille qui corrigit alium si ipse per correctionem deterioratur debeat a tali correctione desistere.

Dubium

Primū notabile

℃ Pro isto sciendū ꝙ dubitatio potest intelligi vel de correctione fraterna vel de illa que est actus iusticie.

Secundum notabile

℃ Secundo notandum est ꝙ ille qui corrigit alium potest se habere dupliciter ad illū Vno modo ꝙ corrigat verbis & sermonibus bene persuasiuis/ & non propter inuidiam & malū finem. Alio modo ꝙ corrigat illum verbis turpibus & duris & non intendendo ad malum. Modo questio intelligitur de primo mēbro.

Tertium notabile

℃ Tertio notandum est. ꝙ ille qui corrigitur dupliciter potest intelligi. vno modo ꝙ verisimile sit corrigēti ꝙ correctus per verba sua se emendabit. Alio modo ꝙ non sit verisimile si bi.

Prima pclo

℃ Sit ergo prima conclusio. loquendo de correctione ciuili que est actus iusticie ille qui alium corrigit nō debet a correctione desistere quantumcunq; displiceat illi quez corrigit. patz quia alias periret pax totius policie si talis non puniretur.

Secunda cōclusio

℃ Secunda cōclusio. loquēdo de correctione fraterna in casu quo corrigens videt ꝙ ille quem corrigit deterior fieret & ꝙ verba sua nō proficerent ipse debet a correctione desistere. patz quia alias esset alijs occasio peccādi.

Tertia conclusio

℃ Tertia cōclusio. In casu quo corrigens videret ꝙ correctus vitā suam emēdaret/& in hoc verba sua proficerent non debet desistere a tali correctione: licet forte primis motibus correctus habeat aliquam displicentiam patet conclusio quia hoc est preceptū in lege. Conclusio etiam patet per Cathonem dicentem cumq; moues &c. Ex quo sequitur ꝙ ille qui vult alium corrigere fraterna correctione debet esse prudens & virtuosus & perspicacis igenij ad hoc vt sciat videre ꝙ verba sua proficiant. Et etiam quid est faciendū & vidindividuum.

Ad ratiões

℃ Et tunc ad rationes. Ad primaz negatur consequentia. Ad probationem quādo dicit ꝙ hoc est verum si fiant ab illo a quo debet fieri & cuz debitis circunstātijs vt dictū est. Modo vitiosus non est in tali statu. Ad secundaz conceditur maior & minor si talis correctio fiat ab illo a quo debet fieri & cum debitis circunstantijs. Ad tertiā negatur consequētia. loquendo saltem de correctione prima Et dicitur ꝙ talia vitia non debent impedire correctionem quia sunt mala venialia. Ad quartā dicitur. ꝙ illa arguit de prima correctione.

QVESTIO. XXVI.

Arguitur

Q Veritur. xxvj. Vtrum expediens sit in policia mulierē eē iudicē? Arguitur primo sic. Nā nisi sic hoc maxime esset quia mulier priuat ratione vel prudentia sed hoc nō igitur Maior patz de se. Et minor patz ad sensum. quia videmus multas mulieres prudentes & multam prudētiam in ipsis: quia sciunt bene dirigere operationes suas in suum finem. ℃ Secundo sic Nā expedit virum in ciuitate esse iudicem: ergo & mulierem. Consequentia tenet quia vir & mulier sunt socij/& socij dicuntur equales Antecedens notum est. ℃ Tertio sic. mulier licite potest esse princeps: igitur. tenet consequētia quia princeps habet iudicare de factis subditorum. & antecedens patet de nobilibus viduis. ℃ Quarto sic. Naz mulieres participant virtutibus/igitur Patet consequentia. quia virtus habet sedare passiōes & dirigere iustos/ & sic posset iudicare. Item alique mulieres sunt caste & temperate. ℃ Quinto sic illorum que sunt eiusdez speciei debet esse vna operatio: sed vir & mulier sunt eiusdez speciei: igitur & cetera. Maior patz de igne qui similiter ardet hic & persis. & minor nota est. ℃ Sexto sic. si illud quod minus videtur inesse inest & illud quod magis: sed minus videtur ꝙ ille qui est subditus mulieribus principantib⁹ potest eis

gi iudex:sed hoc sit iust? igitur. Maior patet quia est maxia. Patet minor quia quando mulier nobilissima principatur solet ordinare suos subditos in iudices.

In opposi tum

¶Oppositum est de intentione philosophi secundo iconomice dicētis. ꝙ mulieres non debent se intromittere de negocijs ciuilibus. Et primo hui⁹ dicit. ꝙ mulier habet consilium inualidum Item patet p expositores secundo huius & tertio qui omēs in hoc conueniunt ¶Vnde dicit philosoph⁹. ꝙ non refert mulierem principari & viru3 regere populu3 secundum consilium mulierū: sed secundu3 non est bonum igitur. ¶In questione erunt duo articuli. In primo respondebitur ad quesitum. Et in secundo videbitur vtrum mulier tenetur obedire viro virtuoso in omnibus.

Primus ar ticulus

¶Quantum ad primum articulu3

Primū no tabile duo requirū tur ad iudi cem

Est primo notandū. ꝙ ad hoc ꝙ aliquis sit iudex duo principaliter requiruntur. Primum est ꝙ vigeat ratione: sc3 ꝙ habeat ratione3 & cognitionē agibilium que recta ratio est met prudentia vt habetur sexto ethicorum & ad hoc maxime requiritur consilium. quod est actus prudentialis. Vnde septimo ethichoru3 dicitur ꝙ prudentia est omnibus alijs virtutibus annexa. Secūdo requiritur. ꝙ ille qui est iudex non debet esse subditus passionib⁹ que sunt/ira/gaudium/fauor &c. quia secundū veritatem passiones mirabiliter peruertunt iudicium vt pat3 secundo rhetorice/sed iudex debet esse recta regula agibilium. Ideo dicitur quinto ethicorum. homines recurrunt ad iudicem tanq̄ ad medium. Et capitur ibi mediū pro medio morali: sc3 pro virtute.

Secundum notabile

¶Secundo notandu3 est. ꝙ vt in paucioribus/& rarissime mulier viget ratione. i. habet rectam ratione3 agibilium & hoc prouenit frequenter ex parte complexionis/& causa est: quia ad agibiliū rationem requiritur consilium preuium ideo dicitur ꝙ mulier habet consilium inualidu3. & dicitur inualidum: quia licet sit secundum rationem tamen est fluxibile & non firmu3 nō tū quando mulieres consilium dant secundū ꝙ recta ratio dictat.

Tercium notabile.

¶Tertio notandum est. ꝙ vt in pluribus/mulier est maxime passionabilis id est passionibus subiecta. Et ista est ꝓprie causa quare mulier non est continens. qa non dominatur super suos affectus & passiones secundum ꝙ dicitur in septimo ethicorū ¶Ex quo sequitur. ꝙ quanto vir de facili est passibilis ipse potius est muliebris q̄ virilis.

Prima con clusio

¶Sit ergo prima conclusio. Non expedit in ciuitate muliere3 esse iudicem. probatur quia mulier nō habet conditiones requisitas ad bonum iudicem: igitur. patet consequētia. & antecedens ꝓbatur. quia iudex debet habere duas conditiones vt dictum est in primo notabili. & iste conditiones non reperiuntur in ratione mulieris. Nam mulier non vtitur ratione. quia habet consilium malum & subito subicitur passionibus.

Scd̄a ɔclō

¶Secunda conclusio. Nullo modo ad reipublice vtilitatem expedit mulierem principari. probatur. quia ad mulierem nullo modo spectat iudicare: igitur. Conseq̄ntia probatur & antecedens notum est.

Tertia con clusio.

¶Tercia conclusio. In qualibet ciuitate seu policia seu iconomica est inexpediens omnino viru3 regi a muliere probatur. quia sic tunc esset expediens in aliqua communicatione humana mulierem principari. Consequentia est manifesta de se. & intelligitur conclusio de homie perfecto seu viro perfecto.

Quarta cō clusio

¶Quarta conclusio. omnino inexpediens est virum iudicare & principari in policia secundum consilium mulierum. probatur quia tunc hoc esset idem qd̄ mulierem principari: igitur: sed hoc nō est bonu3: igitur. Et hoc de primo articulo.

Secund⁹ ar ticulus.

¶Quātum ad secundum articulū questionis. Arguitur ꝙ sic/quia mulier est viro subdita in omnibus. Modo subditus in omnibus tenetur obedire domino suo. Maior patet secundo huius & minor nota est de se. ¶Secundo mulier caret recta ratione & cognitione agibiliu3 & vir non caret: ergo debet ei obedire pat3 cōna. qa carens ratione tenetur obedire habenti rationem. & antecedens ꝓ vtraq3 parte notum est & pat3 secundo huius. ¶Tertio mulier debet illud facere per quod acquirit gratiam & honorem apud virū suum: sed hoc est in omnib⁹ obedire eidē viro igitur debet hoc facere. maior pat3 per ph'm secundo iconomice. Et minor nota est de se. ¶Quarto. mulier deb3 esse vnanimis cu3 viro suo: sed hoc non esset nisi ei in omnibus obediret: igitur. maior pat3 secūdo iconomice. & probatur ratiōe. quia in illicitis & inhonestis nemo debet obedire alteri. probatur etiam quia nisi sic sequeretur etiam ꝙ vir principaretur mulieri pricipatu seruili: quia staret ꝙ preceptum viri esset inhonestū

Primum notabile

¶Pro istis est notandum ꝙ l3 mulier habeat rationem debilem/tamē habet tantam ꝙ potest discernere inter bonum & malum probatur quia alias mulier non differret a seruo Cōsequens est falsum & contra philosophum secundo huius: quia ille est seruus qui non hab3 vsum rationis: sic ꝙ non sit quid sit agendum & dimittendu3.

Secundum notabile

¶Secundo notandum est. ꝙ secundum veritatem vir non principatur mulieri principatu dispotico seu seruili sed principatu politico vel nuptiali/ quia in principatu dispotico dominus principatur seruis propter comodū proprium. & secundario ꝓpter

comodum seruorum suorum & sic non principatur mulieri vir. ¶ Tunc sit cõclusio respõsiua. ad dubium non in omnibus tenetur mulier viro suo obedire probatur quia si sic esset sequitur q vir principaretur mulieri principatu dispotico. consequens est falsum. consequētia patz de se. ¶ Secundo sic mulier habet rationem boni & mali & cognoscit quid sit agēdum. & quid dimittendum. ¶ Sed dubitatur vtruz in aliquo casu turpi mulier tenetur obedire viro. Respondetur q aliquis actus potest dici dupliciter turpis. Vno modo turpitudine moris. Aliomodo q sit turpis turpitudine nocumenti/vt si vir vellet vendere bona mulieris/vl' q noceat bonis corporis scilicet fortitudini & sic de alijs. ¶ Secundo notandum est. q actus primo modo est duplex. Nam quidā est act⁹ turpis maxima turpitudine morali vt occidere proprios filios & matrem. Alius est turpis turpitudine leui: vt si mulier aliqua nubat viro qui tenetur alicui i pecunijs/ dicat viro suo/ noli soluere pecunias ¶ Tertio supponitur. q si duo mali adinuicem compararentur quorum vnum est deterius alio minus maluz aliquo modo habet rationez eligibilis licet tamen improprie. Et ideo dicitur communiter De duobus malis minus malum est eligendū & maius est fugiendum. ¶ Quarto notandū est. q illud intelligitur secundū q diceret philosophus moralis. ¶ Sit ergo prima cõclusio. loquēdo de actu turpi turpitudine morali uo cumenti corpalis rei vel fortune subiecte mulier tenetur viro obedire in aliquo. patet quia ex quo est malum culpe vt supponitur. Et vir & mulier sunt amici/& amicorum idez est velle & nolle sequitur propositum. ¶ Secunda cõclusio. loquendo de maxima. turpitudine morali In nullo turpi mulier tenetur obedire viro suo/ immo secundum veritatem melius est q substineret mortem quia dicit philosoph⁹. q quedaz confestis nominata circūuoluta sūt malicijs. ¶ Tertia conclusio. loquendo de actu turpi turpitudine leui. tunc in aliquo casu mulier tenetur obedire viro suo. persuadetur quia duobus malis datis minus maluz est eligenduz. sed melius est q mulier in aliquo turpi obediat q̄ non: igitur. maior patet ex dictis Et minor patet in casu quo vir precepit mulieri q non solueret pecuniam in tempore certo: mulier debet persuadere oppositum si potest & inquantum potest & si non potest tunc tenetur ei obedire. ¶ Ad rationes dubij. Ad primaz conceditur maior. loquendo de licitis & honestis maxime si non esset turpitudo moralis maxia & ideo philosophus intellexit de subiectione in licitis & honestis. ¶ Ad secundam conceditur. consequens/ & cõsequentia in casu in quo simpliciter mulier careret ratione/ modo mulier non caret simpliciter ratiõe. ¶ Ad tertiam negatur minor. quia si sit illicitum preceptuz a viro: & mulier obediat viro mulier non acquirit honorem viri quia vir in hoc diffamatur/& cum hoc ipsa met diffamatur. ¶ Ad quartam dicitur. q hoc est verum in actibus licitis & honestis. ¶ Ad rationes q̄stionis. Ante oppositum. ¶ Ad primā conceditur maior quia non habet rectam rationem sufficientem ad iudiciū. Et tunc dicitur q ibi non est prudētia sed astucia/ quia vel intendūt ad bonum priuatum vel ad bonuz commūne tendunt hoc est a fortuna. ¶ Ad secundaz negatur cõsequentia & dicitur q nō sūt similes similitudie q̄ est sufficiēs ad principatū politicum: sed bene alia similitudine. ¶ Ad terciaz negatur antecedēs. & dicitur q ille vidue nō sunt proprie principes: sed principatus principalis attribuitur ordinatis & subditis sicut vidue ad iudicandum. & ideo dicit philosoph⁹ secundo iconomice. q mulieres non debēt se intromittere de negocijs ciuilib⁹. ¶ Ad quartam negatur antecedens. loquendo de virtute pfecta/ quia mulier non dicitur continēs/ qa non dominatur super affectus suos & sic nec virtuosa a maiori. ¶ Pro quinta ratiõe est notandū. q duplices sunt operationes in aliqua specie. quedam sunt q̄ consequuntur totā speciem & ad quodlibet indiuiduum illius speciei/ vt videre comedere alie sunt q̄ non consequuntur totam specie3 & quodlibet indiuiduum: sed propter eatem & conditionem: sc3 principari & iudicare. Et per hoc patz solutio rationis. Ad quintam dicitur q veruz est de primis operationibus sed non est verum de secūdis operationibus. ¶ Ad sextam negatur minor: quia viri subditi mulieri excedunt eaz in conditionibus requisitis ad principandum & iudicandum. ¶ Ratio post oppositum est p dictis in questione.

QVESTIO. XXVII.



Veritur. xxvij. Vtruz sit licitum in policia bene recta iudici/ reo penam relaxare/ Arguitur primo q sic. quia illud est licitum quod est conforme diuine iusticie: sed penam relaxare reo est huiusmodi: igitur. maior patz/& minor quia de⁹ qui est sūmus iudex remittit peccata peccatori. ¶ Secundo sic. illud est licitu3 in policia qd alicui prodest & nulli obest: sed talis relaxatio pene est huiusmodi igitur Maior pts de se/ &

minor probatur. quia iudiciũ prodest puniendo/remittendo/& nulli obest: ergo & cetera. ¶ Oppositum patet & arguitur. sic illud est malum per quod nocumentũ reip. infertur: sed huiusmodi remittere penam infert nocumentum reip. igitur. maior patet. quia omne bonum politicum est circa bonũ reip. Et minor nota est. quia generatur scandalũ vel quia sibi non attribuitur quod suum est. ¶ In questione erunt duo articuli. In primo videbitur de quesito. In secundo vtrum iudex possit iudicare vel condempnare aliquem sine accusatione. ¶ Quantum ad primũ articulum Primo notandum est φ in policia circa iudicem duo sunt consideranda. primum est. φ iudex vnicuiq; conferat quod suum est. secundũ est. φ iudex vtatur publica persona & non priuata in sententiando. Correlarie sequitur. φ iudex inquantum est persona priuata non debet iudicare. ¶ Secundum correlarium est. φ iudex inquantum est persona priuata/ licet cognoscat aliquem fore factum. & non sint alij accusatores non debet secundũ quod scit iudicare. ¶ Secundo notandum est φ duo sunt que impediunt iudicem vt ne reo relaxet penam primum est ex parte accusatoris quia accusator fuit valde lesus Aliud se tenet ex parte rei publice quia in relaxando penam res publica lederetur: vt si reus voluisset defraudare rem publicam. ¶ Tertio notandũ est φ iudex ad humanum iudicium est duplex. quidã est superior & ille non subicitur legibus humanis. alius est inferior qui legibus humanis subicitur/ & habet potentiam limitatam: vt prepositus vel balliuus: & secundum hoc titulus questionis potest dupliciter intelligi. ¶ Quarto notandum est. φ in nullo casu iudex inferior debet procedere contra leges iudicis superioris sic intelligendo φ non debet ire contra intentionem ad quam superior leges posuit. Et hoc dicitur notanter quia in multis casibus licitum est iudici inferiori ire contra leges iudicis superioris: vt secundum litterã/ non tamẽ secundum intentionem & intellectum legislatoris quia ille semper optimum intendebat. ¶ Quinto notandum est. φ quantumcunq; potest iudex semper debet bonum priuatum ad bonum commune ordinare: tanquam minus bonum ad magis bonum/ quia bonũ priuatum est minus bonum Patet. quia semper bonum commune est preferendum bono priuato. ¶ Sit ergo prima conclusio. Inferior iudex non potest licite penam alicui reo relaxare cõtra leges principis superioris/ & hoc quãtumcũq; accusator sit lesus. probatur. quia in nullo casu iudex inferior potest procedere licite contra intentionem superioris: igitur Cõsequentia est nota. Et antecedens patet ex primo notabili. ¶ Secũda conclusio Iudex supremus non potest alicui penã relaxare vbi talis relaxatio noceret reipublice. pbatur quia nullus iudex debet facere licite illũ quod procedit in detrimentũ reipublice: igitur. Patet cõsequentia. Et antecedens similiter/ quia si iudex non ordinaret debite bonum reipublice: sed ei nocumentum inferret/ tunc non amplius esset iudex supremus. probatur. quia actus humani ordinari debent in aliquod bonũ commune: scilicet conferens. ¶ Tercia conclusio. Iudex supremus potest alicui penam relaxare/ & hoc si ille qui passus est assentiat/ & non noceat reipublice. pbetur. quia hoc nulli obest & alicui prodest/ & nulli fit detrimentum. Et in hoc iudex superior differt a iudice inferiori. ¶ Sed tunc est forte dubium. Vtrũ iudex potest alicui relaxare penã vbi non nocet reipublice/ & vbi lesus non assentiret? ¶ Respondetur distinguendo. φ ille qui passus est vel ẽ persona publica vel ẽ persona priuata. Si priuata vel est vilis cuius absentia nulli noceret vel persona honesta. Si honesta: sic φ eius presentia multum prodest reipublice/ & eius absentia multum noceret Si sit persona publica etiam dicitur sicut prius. ¶ Tũc sit prima cõclusio responsiua. si ille qui passus est iniuriã sit persona publica probabile est dicere. φ iudex nõ potest sine eius assensu penam relaxare alicui. Patet conclusio: quia hoc esset in detrimentum reipublice. ¶ Secunda cõclusio. si passus iniuriam sit persona priuata vilis iudex potest relaxare penam sine eius assensu. Patet quia si illa persona sit vilis tunc nullum bonum sequitur ab ea. ¶ Tercia conclusio. si passus iniuriam sit persona priuata honesta & non vilis cuius presentia prodest reipublice & absentia eius noceret non esset licitum iudici penam relaxare reo sine eius consensu. Patet quia hoc esset manifeste contra vtilitatem reipublice. ¶ Quantum ad secundum articulũ. Dubitatur. Vtrũ iudex potest condempnare aliquẽ sine accusatione? ¶ Et arguitur φ sic. Nam iusticia humana consequitur iusticiam diuinã: sed iusticia diuina aliquẽ condẽpnat sine accusatore. ¶ Secundo sic Nam accusator non requiritur ad iudicium nisi ad detegẽdum peccatum: sed sic est φ peccatũ potest esse ita publicum ita φ non indigeat manifestatione. Patet consequentia. Et antecedens notum est. ¶ Oppositum arguitur quia actus iudicandi debet esse inter duos quorum vnus est actor & alter reus igitur. Patet consequentia. & antecedens est notum. quia iudicare nõ

est nisi discernere inter duos homines dando

Primũ notabile.

vnicuiq; quod suũ est. ¶ Sit igitur prima suppositio. Iudex proprie est iusticie interpretatio. Probatur autoritate philosophi dicentis quinto ethicorum. ꝙ homines currunt ad iudicem tanquam ad iusticiam animatam.

Secundum notabile.

¶ Secundo supponitur ꝙ actus iudicandi nõ est ad seipsum. sed ad alterum tanquam ad alterum.

Tercium. notabile

¶ Tertio supponitur. ꝙ iusticia solũ exercetur inter duas personas. quarum vna ẽ pars accusatiõis vel tanquam accusatio. Et alia est pars rea vel tanquam rea.

Conclusio responsiua

¶ Sit ergo cõclusio respõsiua. nullus iudex humanus licite potest aliquem condempnare sine accusatione vel aliquo tenente locuʒ accusationis. Probatur. quia iusticia vt dictum est exercetur solum inter duas personas. quaruʒ vna est accusans/ & alia accusatur. ¶ Ad rationes dubij.

Ad rõnes dubij

¶ Ad primã negatur minor/ & dicitur ꝙ in iusticia diuina est quod se habet per modum accusantis. scʒ conscientia vel ad aliud. ¶ Ad secundam negatur maior quia accusator tenet̃ ad exercendum verum iudicium Et tunc.

Ad rõnes questionis

¶ Ad rationes questionis. Ad primam negatur minor: sed bene verum est. ꝙ si iudex inferior humanus non plus astringatur legibus q̃ supremꝰ: vt iudex qui est deus/ quia ille iudex illis legibus astringitur: ergo non est simile.

¶ Ad secundam negatur minor/ quia si ille q est lesus sit persona publica/ & etiam si est persona priuata & nobilis cuius presẽtia prodest reipublice Si tunc pena relaxaretur hoc esset in preiudicium reipublice & cetera. ¶ Et sic habetur finis tertij libri politicorum.

¶ INCIPIT QVARTVS

QVESTIO PRIMA



CIRCA inicium quarti libri politicoruʒ. Queritur. Vtrum iudicium sit ferendum secundum leges scriptas? ¶ Et arguitur quod nõ

Arguitur

Nam leges q̃nq; continẽt iniusticiam/ & illud quod est contra dictamen recte rationis igitur. Cõsequentia patet. Et antecedens patet: quia leges dantur vniuersaliter/ & ita casus de nouo emergẽtes sunt contra hoc/ & ideo dicitur in altiori facultate. Ve vobis qui conditis leges iniquas. ¶ Secundo sic. Iudiciuʒ est de singularibus casibus: sed nulla scripta lex omnes tales comprehendit: igitur. Maior patet de se. Et minor probatur per philosophum quinto ethicorum dicentem. ꝙ nũq̃ legislator imponendo leges potest respicere ad omnes casus particulares. ¶ Tertio sic. nam si leges scripte essent vtiles/ hoc esset quatinus per illas expli caretur sententia iudicantis seu iudicis. Sed propter hoc non est dicendum: igitur. Maior patet quia notum est ꝙ in iudicijs iudex est p̃ sens/ & sic potest exprimere sententiam suaʒ sine lege scripta & intentionem.

In oppositum

¶ Oppositum arguitur quia dicit philosophus in quarto huius. ꝙ politicus in policia habet leges ponere scʒ secundum ordinem policiarũ & non econtra & hoc non esset nisi secundũ leges scriptas in policia licitum esset iudicare. ¶ In questione erunt duo articuli. In primo videbitur de quesito. In secundo videbitur vtrum iudiciuʒ suspiciosũ sit licitũ. i. vtrũ aliquo mõ sit licituʒ iudicare per suspitiões.

Primus articulus

Primus notabile.

¶ Quantũ ad primũ articulum. Notandum est primo ꝙ iudicium non est aliud q̃ diffinitio vel determinatio illius quod est iustum idest sententiatum per intellectum practicum/ & secundum debitaʒ rationem & dictamen recte rationis/ sic ꝙ intellectus primo inquirit per discursuʒ: & postea concludit secundum intellectum veruʒ.

Secundum notabile duplex iustum.

¶ Secundo notanduʒ est. ꝙ duplex est iustũ/ quoddam est iustum ex natura rei/ & non ex pacto seu cõstitutiõe facta inter homies sicut diligere deum/ diligere patrem non furari & sic de alijs. aliud est ex pacto solo seu institutione facta inter homines: vt quando regule ordinantur ab hominibus. primum iustum est naturale: sed secundum ius est positiuum/ licet vtrũq; quandoq; scribatur/ & in hoc differunt. Nã ius naturale non habet robur & firmitateʒ ex scriptura & auctoritate legislatoris impositis. scilicet ꝙ si tales leges scribantur a principe: sed ius positiuum est econtra Correlarie sequitur. ꝙ ius naturale nullomodo est immutandum per voluntatem humanã. Patet quia

non potest aliter se habere. Et ad hoc dicit philosophus/scdo ethicorum natura existētiū contingit aliter assuesci scdm correlariū q per humanam voluntatē ius positum pōt mutari patet quia hmōi ius habet robur & firmitatē ex voluntate hūana. ¶ Tercio notandū est q aliquem iudicare secūdum legem scriptā pōt intelligi dupliciter. vnomō ferendo sentētiam secundum leges scriptas & non scdm intētionē legislatoris. alio modo secūdum intentionē legislatoris & non secūdum verba legis etiā cōcedendo litterā q̄tum facit ad intētionem legislatoris ¶ Itē sciēdum ē quarto q ad hoc qd aliquis fit ver⁹ legislator opꝫ qd sua intentio versetur circa bonum cōmune & circa bonū proprium inq̄tuꝫ ordinatur ad bonū cōe ptꝫ quia alias nō esset verus legislator quia talis positio nō esset lex sed corruptio. ¶ Sit igiť pria cōclusio: non semp est licitum ferre sententiam siue iudicare secundū scriptum legis primomō scꝫ non ꝓcedēdo scdm intētionem legislatoris. ꝓbatur quia alias bonus & iustus puniretur in aliquo casu de nouo emergēte ¶ Secunda cōclusio: licitū est semp iudicare scdm leges scriptas secūdomō & hoc semp endo secundū intētionem legislatoris ptꝫ quia legislator debꝫ se habere sic q bonum suum versetur circa bonum cōmune. Ex isto pꝫ quod licite subditus in casu potest cōtraire legi scripte. ptꝫ quia si lex loquitur vniuersaliter qd nullus debꝫ ascendere muros ciuitatis nichilominus tñ aliquis in aliquo casu potest ascēdere muros ciuitatis. Secūdo sequiť qd licite subditus nō potest cōtraire legi scripte ad sensuꝫ ad quē legislator scripsit patet ex dictis. Ex isto sequiť qd ista nō est vera q illius est solum legem interpretari cui⁹ est condere apparet quia nō est dubium q subditi non possunt legeꝫ cōdere & tñ possunt leges interpretari eundo cōtra literam legis & eundo ad intentionem legislatoris. ¶ Quantū ad secundum articulum vidēdum est Vtrum per suspicionem licitum sit iudicare. Arguitur qd sic quia nisi sic sequeretur quod nullum iudicium humanū esset licitum cōsequēs est falsum Et patet cōsequētia quia suspicio sum vt habetur octauo ethicorum nō est opinio iuncta de re aliena mala. Modo in quocunq iudicio humano est opinio incerta quia iudicium est circa malos act⁹ singulares & particulares in quibus multa sunt dubia. Secundo iudicium illud est licitum quod fit sine hoc quod fiat alteri iniuria sed sic est de iudicio suspicioso ergo. Maior patet Et minor ꝓbatur quia iudicium suspiciosum est in intellectu solum mō & in hoc non fit alicui malus. ¶ Pro dubio est primo notandum quod suspicio videtur importare malam opinionem ex leuibus iudicijs ꝓuenientem leue enim iudiciuꝫ est quādo homo iudicatur sine preuia cōsideratione. Secūdo notādum est q triplex est suspitio vel suspitium. Nam quedam est que ꝓuenit eo q homo qui suspitionem habet est malus & ex hoc faciliter habetur iudicium de hoc qd sit malus qa ipsemet est cōscius malicie sue. Secunda suspicio est quando aliqs ad alterum male afficitur vt ex inuidia ira & odio. Tercia suspicio que causatur ex longa experiētia & secunduꝫ hoc dicit philosophus secūdo rethorice. senes sunt maxime suspiciosi quia sunt. experti defectus aliorum multotiēs & quantum est diuturnior experientia tanto minus habet de rōne suspitionis & ideo oportet isto modo qd iudex sit suspiciosus & ista nō est oino mala suspitio & istomō sumēdo suspitionem potest verificari illud dubium q vehemēs suspicio potest esse causa sufficiens ad hoc q aliquis torculari ponatur. ¶ Tercio notandum est qd triplex est gradus suspitionis. Primus est quando aliquis ex leuibus iudicijs de bonitate alterius icipit dubitare & sic est peccatum veniale. Secund⁹ est quādo aliquis pro certo maliciam alterius existimat & hoc tantum ex leuibus iudicijs & si talis malicia sit mala de qua sic existimat & habet talem existimationem tunc tale peccatum est graue & magnum. Tercius gradus est quādo iudex per solam suspitionem procedit ad aliquem condemnandum vt si iudex solum procederet secundum suspitionem & nō haberet aliam viam. ¶ Sit igitur prima cōclusio iudicium suspiciosum quod sit solum per suspitionem est malum & iniquum. probatur quia tale iudicium importat dubium & sic est semper malum iudicare secundum illud quia incertum est sed debet fieri per testes. ¶ Secūda conclusio: licet iudicium suspitiosuꝫ sit malum & illicitum ex modo quo dicit conclusio precedens tamen suspitio tercio modo dicta potest esse sufficiens causa ad inquirenduꝫ veritatem alicuius facti. Prima pars patet ex cōclusione precedenti. Secunda pars patet. quia semper debet fieri inquisitio veritatis ex modo quem decet. ¶ Et tunc ad rationes dubij. Ad primam negetur consequentia & negetur quod in quolibet iudicio sit ambiguitas quando sit bono modo scilicet per probationes bonorum testium. ¶ Ad secundam conceditur maior. & ad minorem dicitur quod si talis suspicetur ex facilibus iudicijs leuibus & nō operetur ad extra suspicio malum tunc est licituꝫ tamen est peccatuꝫ veniale & si non operetur ad extra tunc est valde malum. ¶ Ad rationes questionis ad primam negetur minor los

Marginalia (left): Tercium notabile. / Quartum notabile. / Prima con clusio / Scda ꝯclo / Secund⁹ articulus Dubium Arguitur / Primū notabile
Marginalia (right): Secundum notabile Triplex est suspitio. / Tertium notabile Triplex gradus suppōsi / Prima con clusio / Secunda cō clusio / Ad rōes dubij. / Ad ratiōes

quendo de lege secundum intẽtionem legisla
toris secũdum quam debent capi leges scripte
Ad secundam conceditur maior & dicitur ad
minorem quod omnes casus particulares con
tinentur secũdum leges scriptas virtualiter scʒ
ostendendo & iudicando secundum intentio
nem legislatoris quia legislator voluit qđ casꝰ
particulares de nouo emergentes dñt disponi
secundum intentionem iudicis & discretionẽ
Ad terciam ad minorem dicitur quod ad huc
debet lex esse scripta licet iudex sciat ꝓmulga
re sententiaʒ ad hoc vt nullus sciat se excusare
Ratio post oppositum est ꝑ dictis. in questiõe

¶ Questio secunda.



Arguitur ueritur secundo. Utrum inter omnes policias tirannis sit peior. Et arguitur primo ꝙ non. nam illa policia non est pessima que cõtinet in
se aliquid boni sed tirannis est huiusmodi. maior patet quia pessimum nihil boni continet. minor patet quia tirannis continet bonum ꝓprium scilicet tiranni. Modo bonum sub ratione boni est finis policie. ¶ Secundo sic tirannꝰ vehementer reprimit aduersarios ergo sua policia continet aliquid boni. patet cõsequentia & antecedens est philosophi. Et patet etiam per experientiam. ¶ Tercio sic democratia & obligarcia sunt peiores tirannide igitur. Consequentia est nota. Et antecedẽs probatur/qa illud est peius quod in se plura mala continet q̃ quod pauciora mala continet/modo obligarcia & democracia plura mala continent q̃ tirãnis igitur &c. ¶ Quarto sic obligarcia & tirannis est vnus & idem modus ergo tirãnis non ẽ peior. patʒ consequẽtia ex terminis Et antecedens est philosophi quarto huius idem dicentis in forma ¶ Quinto si sic hoc maxime esset eo quod tirannus in tirannide male consideraret/sed propter hoc nõ est dicenduʒ. maior patet quia non videtur alia causa minor probatur quia politicus nullo modo se habet intromittere de legibus nec quãtum ad constitutionem nec quantum ad complemẽtum eius qa principes leges constituunt & tamen non habent istam scientiaʒ igitur sequitur propositũ

In opposi tum ¶ Oppositum est de intentione philosophi quarto huius in principio & probatur ratione sic. Nam tirannis in policia omnia possibilia mala inueniẽs continet ergo est peior cõseq̃ntia est nota & antecedẽs patet per philosophũ quinto huius dicenteʒ ꝙ tirannis excellentes perimit studia destruit animam ciuium dissoluit & destruit & vniuersale omnem potestateʒ a communitate & excellentia virtutis emollit. In questione erunt duo articuli. In primo videbitur de quesito. In secundo vtrum politicꝰ habeat se intromittere de legibus. ¶ Quantũ ad primũ articulũ. Primo notandũ qđ differentia est inter regẽ & tirãnum quia rex in suo regno est monarcha & omnia que intendit ordinat ad bonum cõmune & ad bona suorum subditorum. Ex quo patet ꝙ rationabiliter dicitur quod rex in sua policia non debet habere potestatem limitatam imo debet esse summus. Sed tirãnus est quivocatus est monarcha in sua policia & omnia que considerat considerat ad bonum ꝓprium & nullomodo ad bonum commune. Primus articulus Primũ notabile. Dĩa regis & tiranni

¶ Secundo notandum est quod quanto aliquis plus distat ab optimo in aliquo genere tãto illud est peius. patet suppositio quia quanto plus distat tãto habet minꝰ de bonitate Secundum notabile.

¶ Tercio notãdũ est qđ inter oẽs policias rectas regnum est principalissimuʒ & optima policia pʒ quia q̃to aliqua policia plus assimilatur prime policie ẽ melior sed regnuʒ est huiusmodi igitur vnde regnum maxime assimilatur vniuersali machine mundi in qua vnus solus principatur scilicet deus gloriosus Etiã dicit philosophus pluralitas principatuũ mala vnꝰ ergo princeps. Tercium. notabile Quartuʒ.

¶ Quarto notãdũ est quod quãto aliqua policia plꝰ distat ab illo qđ intendit in recta policia tãto est deterior. vnde illud qđ principaliter intendit in recta policia est bonũ cõmune ¶ Istis positis sit prima conclusio & respõsiua inter oẽs policias tirãnis est pessima policia pʒ quia in tirannide plus fit recessus ab illo qđ intẽdit in recta policia. igitur. conseq̃ntia est nota ꝑ notabile. Et añs notum est ꝙ tirãnus in tirãnide semꝑ intendit bonuʒ priuatum & bonũ ꝓprium sed in obligarcia licet plures intendãt bonum priuatũ illud tñ fit ad bonum commune. Secũdo illa est policia pessima que maxime distat ab optima policia sed tirannis est hmõi igitur est pessima minor patet quia dicit philosophus ꝙ tirãnis ẽ transgressio regni modo inter oẽs policias regnum est optima propter qđ dicit philosophus quinto huius quod minus malũ est interficere tirãnum q̃ homicidã qa homicida nõ facit immediate cõtra bonum cõmune. sicut facit tirãnus Prĩa ꝯclo responsiua

¶ Quantũ ad secũdum articulum. Scientum est quod sicut colligitur ex dictis philosophi. lex ẽ enũciatio vniuersalis enũcians de agibilibus ordinatis in fineʒ policie. Ex quo sequitur ꝙ ad bonum regimen policie necessarie sunt leges. Scđs articu lus Primuʒ no tabile. Quid lex

¶ Secundo notandum est qđ ad rectaʒ legis institutionem & ordinationẽ primo requiritur prudentia & scientia ex parte imponẽtis. Secundo requiritur virtus coerciua rebellium & nolentium legibus obedire. Secundum notabile

¶ Tercio notãdum est ꝙ ad eandem scientiam pertinet ordinare de fine & de medijs ad finem quia or- Tercium no tabile

Prima conclusio — dinata ad finem non habent bonitatem nisi ex
parte finis. Istis premissis sit pria cõclusio, quã
tum ad primũ reqsitũ ad leges instituẽdas po
liticus & habens sciẽtiã politicã habet leges
condere pbatur qa ad hoc qd leges bñ institu
antur requirit prudẽtia & sciẽtia ꝙ ois sciẽtia
condere habẽs leges & cõstituere supponit isti
scientie quia hec sciẽtia est radix & fundamen
tum legũ ergo debet habere debita principia
Scda pclo — & debitam scientiã. ¶ Scda conclusio quãtũ
ad secundum reqsitum ad leges instituẽdas &
corrigẽdas vir politicus vt sic nõ habz leges cõ
stituere. Sed princeps habet ista curare pz qa
secundum reqsitum est virtus coerciua mõvit
politicus de hoc nõ habz cõsiderare nec cura-
Tercia conclusio — re. ¶ Tercia conclusio nõ obstante secũda cõ-
clusione vir politicus habet legem cõsiderare
ꝗtum ad cõstitutionem scz dando principia &
consilia circa ista tria. pz quia ad legis istitutio
nem requirit prudẽtia. Secũdo requirit ad di-
rectionem apparet quia lex est enũciatio vni-
uersalis modo oportet ꝙ talis dirigatur sz quo
ad correctionem. pz quia licet nõ habeat corri
gere malefactores tñ bene habet dare consilia
& media vt corrigãtur secũdũ leges posita.
Ad rões — ¶ Tunc respondetur ad rões. ad primã cõce-
ditur maior & hoc modo si habeatur aliquid
boni. ad minorẽ dicit ꝙ tirannus habet bonũ
pprium modo hoc nõ est bene. ad secundam
negetur añs ad pbationem negat quia licet in
obligarcia sunt multi homines intendẽtes bo-
num pprium tñ ex illis bonis resultat vnũ bo
num cõmune. Item virtus vnita fortior est se-
ipsa dispersa modo in tirãnide est malicia vni-
ta. Sed in obligarcia est dispsa & nõ est ita po-
tens ad nocẽdum. Ad quartaz dicitur qd vere
est quo ad aliqua tñ quo ad aliqua alia tirãnis
plura cõtinet tamẽ est idez quo ad pcurare bo
num priuatum & pprium. ad quintaz cõcedit
ꝙ ibi deficiunt multa ad legem requisita scili
cet prudẽtia & virtus coerciua & sic rõ nõ pce
dit neqz aliquid concludit contra dicta.

¶ Questio tercia.

Arguitur — QVeritur tercio. Vtrũ in aliquo lici-
tuz sit irasci. Arguitur ꝙ nõ in nul
lo casu est licitum illud qd ẽ cõtra
dictamen recte rõnis sed irasci est huiusmodi
igitur. maior patet de se minor pbatur. Nam
secundum omnes morales & poetas ira impe
dit animum ne possit cernere verum & per cõ
sequens animum impedit a recta ratione.
¶ Secundo sic illud non est licitum a quo mul
ta mala & enormia veniũt sed hoc ẽ ex ira qa
inde veniunt dissentiones & homicidia igitur.
¶ Tercio sic illud non est licitum quod est cũ
tristicia sed ira est huiusmodi igitur. Maior pz
per philosophum dicentem qd corrumpit ani
mã. Minor patet ex diffinitione ire. ¶ Quar-
to sic & est ratio Senece in libro de ira illud nõ
est licitum quod est contra naturam hominis
sed irasci est huiusmodi igitur. maior patet p
philosophum secũdo hu⁹ & minorẽ pbat Se
neca per longum processuz dicens qd homini
mitius est si in recto animo habitus est ¶ Qui
to sic nullus bonus seu virtuosus gauderet de
punitione alterius quia si irasci licitũ esset etiã
licitum esset gaudere de punitiõe alterius igi-
tur. maior patet per eundẽ & minor patet qa
irasci includit vindicte appetitum. ¶ Sexto qa
si sic hoc maxime esset in actibus bellicis sed
hoc nõ quia fortitudo est virt⁹ mõ absit quod
virtus vicio commisceatur & patet cõsequen-
tia quia dicit homerus virtutem immitte furo
ri. ¶ Oppositum arguitur illud est bonum cu — In opposi-tum
ius oppositum est illicitum sed nunq̃ vel raro
irasci est illicitum ergo. maior patet de se. Et
minor patet naz dicit philosoph⁹ quarto ethi
corum expresse iniuriantem sustinere & nũq̃
moueri ad vindictam seruile est modo seruili-
tas est pessima cõditio vt habetur primo hu⁹
per albertum hoc dicentez. In questione erũt
duo articuli. In primo ponentur notabilia. — Prim⁹ articulus
In secundo conclusiones. ¶ Quantum ad pri
mum articulũ. Primo notandum ꝙ ira apud — Primuz notabile.
morales & politicos est passio appetitus per — Quid ira
quem quis appetit punitionis vindictam sibi
facte ira quod ira nõ est nisi motus ad vindictã
paruipensionis illate. Ex quo sequitur primo
ꝙ ira est passio appetitus sensitiui apparet ex
alio quia est accensio sanguinis circa cor.
¶ Secundo notandum est quod duplices sunt — Secundum notabile duplices sũt passiones.
passiones quedaz sunt circũuolute maliciis sic
quod non possunt bene fieri vt tristari de bono
alterius. Alie sunt que non sunt male nisi secũ-
dum defectum vel superabundantiam & ille
non sunt male de se & est differentia inter istas
& illas nam in passionbus dictis primo modo
non reperiũtur vicia annexa vel extrema inter
que sit medium virtuosum. patet quia nisi sic
de se nõ essent male sed inter passiones secun-
do modo reperitur medium virtuosum patet
satis. ¶ Tercio notandum est ꝙ contingit du- — Tertium notabile dupliciter irascitur
pliciter irasci. vnomodo preueniendo iudiciũ
rationis. alio modo imitando iudicium ratiõis
& intellectus primo modo est verũ illud scriptum.
Ira impedit animum ne possit cernere verum
Et causa est quia dum intellectus est in homie
licet non sit virtus organica tamen semper iudi
get aliis sensibus que impediũtur per commo-
tionem sanguinis. ¶ Quarto notãdum est qd — Quartum notabile.
semper ira tristitiã cõcomitatur & delectatio
respectu appetitus vindicte & licet ꝙ ibi sint

duo opposita respectu tamen diuersorum.

Quintum notabile.

¶ Quinto notandum est qd ira nō est formaliter tristitia secundum veritatem. pbatur nā cōtingit tristitiam esse sine ira igitur. antecedens pbatur quia si vnus magnus dominus forsecerit vni pauperi tristaior & nō irascitur quia nō appetit vindictam nec pauper sperabit vindictam.

Sextum notabile.

Sexto supponitur quod ira nō est formaliter nec realiter delectatio probatur qa i actu vindicte ira diminuitur & tamen delectatio intenditur ergo ira nō est delectatio. patet consequentia & prima pars antecedētis p3. Nam dicit philosophus quarto ethicorum ꝙ punitio quietat impetum anime. Et secūda pars ancedētis apparet de se quia q̄diu aliqs appetit aliud & obtinet illud tunc delectatur.

Prima cōclusio Scdi articulus

¶ Quantū ad secundum articulus. Sit prima cōclusio irasci preueniendo iudicum rationis est illicitum pbatur quia irasci cōtra dictamen recte rōnis est illicitum sed irasci est huiusmodi igitur. maior p3/ & minor qa actus bonus debet presupponere iudicium recte rationis & actus ille est viciosus qui hoc impedit. Secundo illicitum ē irasci illomodo quo pbetur alijs occasio peccādi sed hoc est/ si aliqs irascitur preueniendo iudicium rationis. quia facit rationis dispositionem ad hoc ꝙ fit peruersa ad cuius peruersionem multa mala sequuntur postea.

Secunda cōclusio

¶ Secūda conclusio oppositum irasci est viciosum & malum. pbatur qa illud est malum per quod aliqs appareret imprudens sed hoc est si aliquis nunq̄ irascitur igitur & p cōsequēs consequētia bona quia dat occasionem malignādi & peccandi. Et pbatur minor quia homo tunc nōq̄ cognosceret iniurias sibi factas. Et ex hoc p3 ꝙ homo esset brota. Secundo sic non est bonum nunq̄ esse vindicatiuum seu punitiuum alicuius mali sed si homo nunq̄ irascitur est huiusmodi igitur. ¶ Tercio sic illud est illicitum quod est seruile pats quia seruilitas est pessima cōditio seu passio s3 nunq̄ irasci est huiusmōi vt ponit philosophus ergo. ¶ Quarto sic illud est illicitum per qood daf alijs occasio delinquēdi sed hoc est per nunq̄ irasci ergo. maior patet de se minor patet quia sic nunq̄ fieret punitio & sic non eēt timor de malo. ¶ Quinto sic irasci de se nō est passio intrinsica mala ergo irasci nunq̄ ē illicitum. tenet consequentia quia inter duo extrema est dare medium. Et antecedēs pbatur qa ira nihil aliud est quam appetitua vindicte propter parutpensionem factam & hoc est licitus in casu. Item dicit homerus virtutem immitte furori qa vires sunt aliquando ira lese quod nisi fortificarentur per sanguinem deficerent.

Tercia conclusio

¶ Tercia conclusio. in aliquo casu est licitum irasci scilicet vbi quando quomodo & qualiter oportet. patet quia nunquā irasci est malum ergo irasci est licitus. Secundo illud est licitum & bonum quod est natum iuuare virtutem s3 ira est huiusmodi igitur patet per predicta. Tercio sic deus & natura nihil faciunt frustra prio celi & mundi & tercio de anima modo aliquibus animalibus ira inest a natura & vindicta igitur. maior patet quia nulla naturalis inclinatio mala est de se Et minor patet de multis animalibus que irascuntur a natura. Verum tamē Seneca oppositū determinat in libro de ira scilicet ꝙ virtuosum est hominem se ostēdere iratum vel talem qoalem ostenderet se ille qui est iratus quo ad actus exteriores.

Rationes

¶ Ad rationes ad primam cōceditur maior & etiam minor loquendo de ira que fit preueniendo iudicius rationis. ad secundā negetur minor si fiat ira cū debitis circunstantijs scilicet quando vbi quomodo & qualiter oportet & si fiat cu3 deliberatione & sapiētia. Ad terciā negetur antecedēs & dicitur ꝙ circa malum obiectum sunt habitus virtuosi vt fortitudo est licita & tamen ē circa periculum mortis. ad quartam que est ratio Senece negetur minor quia natura quibusda3 brutis iram ordinauit sed bene irasci preueniē do iudicium rationis vel aliter q̄ debet est contra naturam hominis. i. cōtra naturalem inclinationem. Ad quinta3 negetur minor quia homo appetens correctionem alterius potest mereri in casu qa stat quod idem actus in essentia fiat bene & male moraliter & etiam ꝙ nec bene nec male. Ad sextam negetur minor & Senecam cōcedendo dictum senece sc3 ꝙ virtus nunq̄ vicio immiscet. Et dicitur quod ratio supponit falsus sc3 ꝙ ira sit viciū. ¶ Ratio post oppositum est pro dictis in questione.

¶ Qoestio quarta.



Queritur quarto Vtrum adulatio sit mala & illicita. Et arguitur qd non/ nā adulatio est indicatoria amicitie ergo non est illicita consequentia tenet quia amicitia est virtus vel saltem non est sine virtute antecedens patet. Nam videmus quod adulatores multū diliguntur ab illis quibus adulantur.

Arguitur

¶ Secundo nam adulatio consistit in sermone laodis alteri attribuendo intētionem placendi. sed talis sermo laudis non est viciosus ergo nec illicitus ergo adulatio nō est illicita. consequentia est nota. Et minor etiam/ videmus enim ꝙ adulatio talis secundam veritatem non est aliud q̄ talis sermo. Et minor pbatur quonia3 quandoq3 talis sermo est virtuosos. ¶ Tercio sic vituperare malum quandoq3 est bonum & licitum. ergo laudare bonum ad virtuosum spectat igitur maior patet quia malum est repellendum minor nota est.

¶Quarto sic detractio illicita est & viciosa ergo adulatio est virtuosa. patet consequētia qa detractio & adulatio cōtrariantur quia detractio est vituperare aliū in absentia adulatio est ipsum laudare in presentia. ¶Quinto sic illud est principium boni quod est boni indicatiuus sed adulatio est huiusmodi igit &c. maior p3 quia per adulationem homo famatur & p talē famam notificat bonitas.

In oppositum

¶Oppositu3 arguitur quia adulator nō est bonus neq3 virtuosus igitur. cōsequētia est nota & anš est philosophi secundo rethorice dicentis q adulator est qui apparet esse amicus & non est. In q̄stiōe erunt duo articuli. In primo ponunt notabilia In secundo conclusiones.

Prim⁹ articulus
Primu3 notabile.

¶Quantū ad primu3 articulum. Notandum est primo qd in sermonibus & actibus humanis tripliciter se potest habere homo Primomodo quia omnia facta sua refert ad hoc q alteri placeat. Nec facit aliqd quod sit indicatiuus tristicie. Sed alij sunt qui omnia verba & facta q̄tum possunt cōuertunt in tristiciam sic q omni faciunt qd sit indicatiuus leticie & complacētie. Sed sunt alij homines qui faciunt delectabilia qñ quomodo vbi & qualiter oportet & tales vocantur eutrapeli & sunt homines virtuosi. Mō in pposito adulatores sunt in primo genere & ooo de secundo vel tertio.

Secundum notabile

¶Secundo notandum est quod aliquis omnia dicta sua & facta potest referre ad complacentiam dupliciter vnomodo solus sub intentiōe placendi & talis homo vocatur placidus. alio modo ad placidum alijs & tandē ad aliquod lucrum cōsequendum & talis proprie vocat adulator.

Quid adulator

Vnde adulator potest sic describi. Adulator est qui oia dicta sua & facta refert ad placendu3 illi cui adulatur siue bona siue sint mala & hoc propter lucrum consequndum. Ex isto apparet q adulator est auarus & malus. patet de se.

Tertium notabile
Dupliciter capit adulato2

¶Tercio notandum est q adulator dupliciter capitur. vnomō pro quodas habitu quo quis eligit oia que dicit & que facit operari & dicer alteri cui adulatur ppter commodum consequendū. secundo mō capit p actu pcedente ex tali habitu.

Quartum notabile.
In adulatione triplex malum

¶Quarto notandum est q in adulatione triplex malū reperitur & hoc secūdum q dicit beatus augustinus primo ex parte materie circa q̄ est adulatio. secundum malū ē ex parte intētionis qa intēdit cōmodum cōseq̄ndum. tercius est ex parte occasionis primū p3 qa laudat falsū & aliū in suo forefacto. Nam sicut virtus laudata crescit ita vicium laudatum crescit. Secūdum malum ex parte intentionis sc3 q intendit commodum conseq̄ndum & sic ibi est auaricia que ē multi. malum. Tercium est ex parte occasionis quia prebet occasionem peccandi illi cui adulatur scilicet q supbiat & capiat vanam gloriam.

Quintū notabile

¶Quintum notandum est q aliqs pōt aliquē laudare dupliciter vnomodo de bono ope. alio modo de malo. S3 de malo hoc est cōtra amicitiam & caritatem quia fouet alium in malo. Si primo modo hoc potest esse dupliciter aut vt laudatus pseueret & pficiat & hoc est bonū & virtuosum. alio mō quatinus ipsu3 de bono retrahat & peruertat ppter cōmodum obtinēdum & est iniustum & viciosum. Ex quo etia3 sequitur quod tunc circa laudem hois etiā de bono contingit deficere viciose & supabundare & virtuose agere. patet ex notabili.

Secundū articulus
Prima conclusio

¶Quantum ad secundum articulum Sit prima cōclusio sumendo adulationem p tali habitu oīs adulatio ē mala. pbatur quia omnis talis adulatio icludit in se tria mala igitur est illicita. cōsequentia est nota & antecedēs etiā. ¶Secūdo sic omnis habitus naturalis quide se inclinat voluntatem ad actus illicitos est viciosus & malus. Sed aduatio est huiusmodi igit consequētia est nota ex terminis. maior pars ex quid nominis adulationis.

Scd̄a ɔclō

¶Secunda cōclusio sumēdo adulationem pro actu pcedente a tali habitu omnis adulatio est mala & illicita. Probatur quia omnis actus procedens ab habitu vicioso est malus/sed adulatio capta sic est huiusmodi ergo est mala. patet quia actus dicitur bon⁹ vel malus secūdu3 q procedit ab habitu malo vel bono. Et minor oota est de se. ¶Secūdo sic omnis ille actus est viciosus & illicitus quo anima proximi damnatur quantum est in eliciente actum illum/sed adulatio est huiusmodi ergo est mala & illicita. maior patet quia inhumanum est aggrauare animam pximi.

correlarie.

Et minor probatur quia in tali actu ē triplex malum sicut dictum est. Ex ista conclusione seqt correlarie quod si aliquis alique3 laudat de bono opere solum gratia placendi illi quem laudat talis actus vocatur placidus & non adulatio. patet quia ad adulationem adhuc oporteret quod laudaret propter aliquod lucrum cōsequendum. ¶Secundo sequitur quod affabilitas & patientia non sunt actus adulatoris. patet quia affabilitas ordinat & facit ad complacendum alijs solum. ¶Tercio sequitur quod non est inconueniens duo extrema opposita esse illicita & viciosa. ¶Tunc ad rationes.

Ad rōes
Triplex est amicitia

¶Ad primam conceditur illa de vera amicitia. Vnde triplex est amicitia. Nam quedam ē propter vtile & illa reperitur in adulatione. ¶Secunda est proter bonu3 delectabile & sic illa est mala. Alia est propter bonum honestū que sua virtute nos trahit & sua vi nos allicit. ¶Ad secundam negetur antecedens & dicitur quod hoc non sufficit ad propriam rationē

adulationis immo oportet q̃ fiat propter bonum inde consequdum/ & in laudando contingit deficere & superabundare & medio modo se habere ut dictum est. ¶ Ad terciam concedi tur antecedens & hoc si fiat cum debitis circūstancijs vt si sciam q̃ proximus meus sit malus & dicam illud vituperādo eum in cōmunitate non bñ facio & contingat in medio se habere. ¶ Ad quartam negetur consequētia quia opponitur & non est incōueniens quod ambo opposita sint mala imo multotiēs hoc reperitur in moralibus. ¶ Ad quintam negetur minor ad probationem conceditur sed hoc non facit cum debitis circumstātijs quia excedit in hoc quod omnia dicta sua & facta ordinent ad placendum alteri. Et etiam quod hic facit propter malum finē. Ratio post oppositū est p̄dictis.



¶ Questio quinta.

Queritur quinto. Utrum expediat in ciuitate & policia mulieres contractus facere ciuiles. Arguit̃ prio quod sic. Nam mulieres participāt iusticia igitur &c. p3 consequētia quia per habitum iusticie quis dirigitur in contractibus ciuilibus. Et antecedens patet per philosophū quinto ethicorum dicentem q̃ inter virum & mulierē est ius cōiugale. ¶ Scdo sic in mulieribus est iniusticia ergo & iusticia tenet cōsequētia qa opposita sunt circa idem & ans p3 p philosophum quinto huius dicentem mulieres frequēter patiuntur iniustum. ¶ Tercio sic mulieres participant prudentia igitur patet consequētia qa per actum prudentialē vt dicit̃ sexto ethicorū quis dirigitur in agibilibus & antecedens est notum per experientiam. ¶ Quarto sic mulieres participant ratiocinationem igit̃ p3 consequentia quia prudentia est habitus ratiocinatiuus. & antecedens est notum. ¶ Quinto sic mulieres sunt viris equales igitur pat3 cōseqn̄tia. & antecedens ex secūdo iconomice. ¶ Sexto sic vir & vxor sunt eiusdem speciei ergo eorum sunt eedem operationes tenet consequentia quia que sunt eiusdem speciei debent participare eisdem operationibus vt patet in naturalibus. Et antecedens est notum. ¶ Septimo sic mulieres participant iusticia cōmutatiua igitur mulieres expedit facere contractus ciuiles. Antecedēs patet quia mulieres faciūt opera iusticie cōmutatiue. ¶ Octauo sic licitum est seruis facere contractus ciuiles ergo & mulieribus. p3 cōsequentia per locū a maiori. antecedēs p3 per experientiam quia serui a natura mittuntur ad longinquas partes ad faciē dum cōtractus ciuiles. ¶ Oppositum est de intentione philosophi dicētis q̃ vir & mulier habēt distincta officia. modo. ij. yconomice dicitur quod viri opus est facere cōtractus ciuiles et mulieris non hoc etiā dicit albertus. In que stione erunt duo articuli. In primo erunt notabilia. In scdo cōclusiōes. ¶ Quantū ad primū primo notandum est q̃ cōtractus ciuiles sic se habent q̃ habent cōsistere in emptionibus & venditionibus rerū ptinentiū ad ciuitatē qa ciuitas debet esse per se sufficiēs & ideo oportet q̃ ciuitas constituatur ex pluribus dissimilib⁹ quia si non tunc statim ciuitas non esset per se sufficiens ¶ Scdo notādum est quod opinio aliquorum fuit q̃ licitum est mulieres contractus facere ciuiles probatur qa illud est licitu3 quo posito mulier nō esset serua quia magna seruitus est q̃ mulieres non possunt facere cōtractus ciuiles. ¶ Tercio notandum est q̃ cōtractus ciuiles maxime si sint notabiles & intricati indigent magna prudentia & magna preconsiliatiōe ergo si faciētes tales cōtractus nō essent prudentes & p̄consiliati frequēter deciperentur & hoc esset in malum totius ciuitatis & reipublice. ¶ Quarto notādum est q̃ sicut dicitur primo huius nunq̄ idem organum debet ordinari ad diuersa officia quorum vnū est impeditiuum alterius & sic vnū organum habet solum vnū finem. ¶ Quinto sciendum est q̃ contractus ciuiles mulieres facere pōt intelligi dupliciter. vnomō q̃ faciant fine auctoritate & licentia viri sui. alio modo cu3 licentia viri & consensu eiusdem. ¶ Sexto notandu3 est q̃ de rōe cōtractus ciuilis liciti est qd̄ principaliter ordinet̃ ad bonum cōe l3 de paccidens ordinetur ad bonū priuatum. Et iō dicit philosophus quarto huius diuitie sunt vna parsnecessaria in ciuitate quia ciuitas debet eē p se sufficiens. ¶ Septimo notandū est qd̄ contract⁹ ciuiles sunt duplices. quedam sunt magni & nobiles. alij sunt parui & debiles. ¶ Quantu3 ad secundum articulum. Sit prima conclusio: in contractibus ciuilibus facilib⁹ & remissis quādoq3 expedit mulieres facere contractus ciuiles. Ista cōclusio ē de intentiōe phi & illorū de opinione recitata in secundo notabili quia alias mulier esset totaliter serua. Etiam in casu si vir non esset sufficiens & potens. ¶ Secūda cōclusio licitu3 est in ciuitate mulieres facere cōtractus magnos & notabiles si fiant cū cōsensu viri patet quia in casu mulier habet locu3 viri Et ideo dicit philosophus qui p alium facit p seipsum facere videtur & ideo vir dicitur illud facere verumtamen vir in tali casu omnino assensum prebet quia mulieres de facili decipiūtur. Et ideo dicit philosoph⁹ prio yconomice Natura debilem facit mulierem tam ad motū copis q̄ ad motum rationis. ¶ Tercia cōclusio & respōsiua. Nō expedit mulieri facere cōtra

Margin notes: Arguitur — In oppositum — Primus articulus — Primum notabile. — Secundum notabile. — Tercium notabile — Quartu3 notabile — Quintum notabile. — Sextum notabile. — Septimum notabile — Scd̄s articulus — Prima pcl.o — Secunda cō clusio — Tercia conclusio risiua

ctus ciuiles in ciuitate vbi sūt notabiles intricati maxime sine cōsensu viri. Probaē ex quadruplici fundamento. Primū fundamentū est ꝙ vir & mulier habent distincta officia. Nam mulier debet vacare circa illa que sunt in domo facienda/ & in signum huiꝰ natura ordinauit lac in muliere ad nutriendū pueros in domo. Vir autem aliud habet officiū facere: scꝫ contractus ciuiles/ & hoc est officiū viri vt dicit philosophꝰ. Secundū fundamentum/ vnū organū nō debet ordinari in distincta opera quorū vnū est impeditiuū alterius. modo mulier est vnum solum organum & ordinatur ad nutriendū pueros/ & ideo si ordinaretur ad cōtractus ciuiles tunc non posset filios nutrire. Tertium fundamentum est ex defectu prudentie mulieris: quia mulier habet consilium infirmum & inualidum: vt dicit philosophꝰ primo huiꝰ. Quartū fundamentum est ex fluctibilitate & fragilitate mulieris: quia ipsa statim decipetur/ eo ꝙ sunt multa considerāda in contractibus ciuilibus. Ex ista conclusione sequitur ꝙ si mulier faceret contractus aliquos sine cōsensu viri/ vir licite potest reuocare illos. Patet. quia non sunt firmi & rati. Secūdo sequitur ꝙ princeps in policia nō deberet admittere ꝙ mulieres i policia faciant cōtractus ciuiles. ptꝫ quia periret regimen in domo vbi mulier dominaretur quod est incōueniens. Tertio sequitur ꝙ si aliquis vxorem alliciat vt det sibi bona domꝰ auctoritate ꝑpria talis est causa principalis furti/ quia ibi est recipere rem alienam inuito domino/ quia mulier non habet dominiū nisi passiue. Ex isto sequitur ꝙ talis quicquid recipit ab illa muliere tenetur restituere. ¶ Sed dubitaē primo ponatur. ꝙ vir sit idiota & videat mulier verisimiliter ꝙ nisi faciat contractus ciuiles pibit res domus. querit quid in hoc mulier debet facere. ¶ Respōdetur ꝙ si tales contractus sint leues mulier poterit exercere sine consensu viri. Dicitur secundo ꝙ si sint cōtractus notabiles & difficiles debet mulier recurrere ad amicos viri & consilium petere & secundū eorū cōsiliū opari. Tertio dicitur ꝙ hoc accidit vt in paucioribus ꝙ vir sit idiota/ & mulier prudentior viro. modo sermones in moralibꝰ intelligi debent vt in pluribus. ¶ Secundo dubitatur. posito ꝙ vir sit absens/ & videat mulier ꝙ sit piculum nisi faciat cōtractus ciuiles. quid habet facere mulier. dicitur ꝙ debet facere sicut prius dictū est scꝫ accedere ad amicos viri sui & secundum eorum consilium operari. ¶ Ad rationes Ad primā negatur ꝙ participent iusticia cōmutatiua actiue sed solum passiue vt vi[s] tis suis complaceāt & etiam participant in iusticia passiue eodem modo Ad scdam negaē antecedens: sed potius debent dici astute qꝛ prudentia dicit firmitates & robur in consilio ¶ Ad tertiam ngatur antecedens quo ad aliqua: scꝫ quo ad procreationes prolis: sed non quo ad dominium. ¶ Ad quartā conceditur consequentia & antecedens loquēdo de opationibus species consequentibus vt ꝙ ambo debent esse risibiles: sed non quoad operationes consequentes indiuiduū/ & earum dispositiones. ¶ Ad quintā dicit. ꝙ illa ratio nō concludit de cōmutationibus ciuilibus & arduis sed remissis & puis. ¶ Ad sextā dicitur. ꝙ hoc nō faciunt actiue sed solū passiue/ & hoc etiā licitum est mulieribus ¶ Ratio post oppositū est pro dictis.

Primū corelarium
Secundum
Tertium
Primū dubium
Respōsio
Scdm dubium
Responsio
Ad rōnes questionis.

¶ QVESTIO.VI.

Queritur sexto. Vtrum ad pfectionē principātis requiratur dilectio policie & potentia/ ¶ Arguitur ꝙ nō dilectio policie i aliqua politia ē mala ergo ad pfectionē principatus non requiritur dilectio tenet cōna quia nullum malum est eligendū Et antecedens patet de policia transgressa. ¶ Secundo tirannus est principans in tirannide & tamen non diligit tirannidem igitur. patet cōsequētia & maior quia sicut rex principatur in regno: ita tirannus in tirānide. Et minor patet: quia quicquid facit illū facit ad bonum priuatum & ad nocumentū policie. Deinde arguitur ꝙ non requiratur potētia/ quia illud non requiritur ad perfectiones principātis per quod multa mala oriuntur vt notum ē sed hoc est per potentiam principantis/ quia per eam multe oppressiones & exactiones ꝑueniunt ex potentia principis ¶ Secundo sic: si sic hoc maxime esset de principatu nobilissimo. consequens est falsum. nam in regno non requiritur ꝙ rex sit potens & robustus in corpore: quia robur tollit rationem liberalitatis. Vnde seruus a natura est robustus corpe & non mente prouidens vt patet primo huius. ¶ Oppositū vult tertio huiꝰ & qrto Aris. vbi ipse innuit ꝙ ad principem esse perfectū requiritur ꝙ diligat policiā & populū & ꝙ ipse sit potens. ¶ In questione erunt duo articuli. In primo videbiē vtrū requiratur dilectio policie ad perfectionē principis. In secūdo videbitur vtrū reqratur potētia. ¶ Quantū ad primum articulū. Primo notandū est ꝙ duplex est policia. naꝫ quedā est recta & bene ordinata. Alia est transgressa. ¶ Secundo notandū est. ꝙ duplex est principans: scꝫ supremus nō habens potentiaꝫ limitatam alius est inferior hñs potentiā limitatā scꝫ secūdū leges. ¶ Tertio notandum est ꝙ ad perfectionem princi-

Arguitur
In oppositum
Primus articulus.
Primū notabile duplex est policia
Secundum notabile
Tertium notabile

pantis requiritur rectus appetit⁹ finis policie ita q̄ princeps appetat policiam ordinare in debitum finem siue policia sit recta siue transgressa. ¶ Quarto notandū est q̄ amor cōiter est circa duo/sc3 circa bonu3 quod aliqs alicui vult & circa illu3 vel illos cui vel quibus amās vult tale bonum. ¶ Quinto notandū est. q̄ existētia principū siue duratio in policia potest esse bona dupliciter. vnomodo simpliciter. alio mō scd̄m quid. si sit bona principanti & habitantibus in ea ad finem ad quem ordinatur sic duratio tirannidis est bona quia per talem tirannus pseuerat tirannidē ordinādo ad finē suū. ¶ Sit ergo prima cōclusio. Ad pfectionē principantis inferioris nō requiritur dilectio policie. Patet quia policia bene potest gubernari sine hoc q̄ principans inferior diligat eā ergo dilectio eius non requiritur. Cōña est nota. Et antecedens pbatur quia principans inferior non regit policiā ex sua mera voluntate: sed ex certis legibus: ergo siue diligat siue non diligat sed odiat policiā oportet q̄ regat secundū legem sibi impositā3. ¶ Secunda cōclusio & responsiua. Ad pfectionē supmi principantis requiritur dilectio policie. Pat3 quia rectus appetitus talis policie requiritur ad pfectionem talis principantis: ergo &c. Consequentia est nota/ & antecedens probatur quia rectus appetitus alicuius non fertur nisi in bonum. & antecedens notum est. ¶ Qnantū ad secundum articulū Notandum est. q̄ triplex reperitur potentia principantis: sc3 naturalis: rationalis: & ciuilis. Naturalis ē robur corporale/ & talis nō auget pfectionē imo diminuit libertatē vt pt3 de seruo. Potētia rationalis attēditur penes prudentiā & sciētiā. Ciuilis attēditur penes amicos: vt q̄ princeps habeat plures amicos & sit multum potens. ¶ Secundo notandum est q̄ possumus loqui in titulo questionis vel de principatu milicie vel de principatu ciuili. ¶ Tertio notandum est q̄ popul⁹ debet principanti promittere potentiā moderatam & regulatā. & q̄ maior sit potentia vnius & minor potētia totius populi. ¶ Et tunc sit prima cōclusio responsiua. ad perfectionē principantis non requiritur pontentia naturalis. vt pat3 quia diminuit libertate3 aliquomō vt dictū est. ¶ Secunda conclusio. Ad pfectionem principantis requiritur potentia rationalis. pat3 quia requiritur prudentia q̄ est ppria virtus principantis Mō prudentia habet oēs alias virtutes sibi annexas. ¶ Tertia cōclusio. ad pfectionem principantis principatu milicie requiritur potentia ciuilis. pat3 quia illud requiritur ad perfectionem eius sine quo non potest attingere finē principat⁹: sed sine potētia ciuili nō potest hoc q̄tum ad bene esse &c. igitur. ¶ Quarta conclusio. ad pfectionē principantis supremi reqritur potētia ciuilis recta ratione regulata. pat3 quia in policia interdu3 sunt aliqui rebelles contra principē: ergo reqritur potentiā ciuilem sibi inesse ad reprimendu3 tales. Et dicitur recta ratione regulata quia debet esse minor potentia respectu totius populi in policia ad euitandū exactiones & multa hmōi mala que possunt sequi ex excellenti principis potentia vel ptāte. ¶ Ad rōnes. Ad primā negatur cōña capiendo amorem p vt est circa illos quibus vult circa bonū apparēs vti vnde malus princeps debet amare policiam suā sic q̄ debet eam ordinare ad finem ad quē debet ordinari. ¶ Ad secūdā negatur añs eodē modo quo dictū est. Ad tertiam dicitur q̄ illa bñ pbat q̄ nō requiritur potentia ciuilis & immoderata ac excessiua ad pfectionem principantis & hoc bñ cōceditur. ¶ Ad quartā3 dicit̄. q̄ bene pbat q̄ nō reqritur ista potentia naturalis & hoc est cōcessum. ¶ Rō post oppositum est pro dictis in questione.

Quartum notabile.

Quintum notabile.

Prima conclusio

Secūda conclusio responsiua

Secundus articulus

Primus notabile triplex ē potētia principantis

Secundum notabile

Tertium notabile

Prima conclusio responsiua

Secunda cōclusio

Tertia conclusio

Quarta cōclusio.

Ad ratiōes

¶ QVESTIO. VII.

QVeritur. vij. Vtrū in contractu ciuili vel alio prestitū iuramentū sit semper obligatoriū. i. vtrū iuramentu3 semp obligat iurantes. ¶ Arguitur q̄ nō: quia si sic sequeretur q̄ nullum iuramētū esset de re impossibili. cōnsē falsū quia frequenter homo iurat de futuro/ & aliqñ impeditur sic q̄ non pōt adimplere. cōña est nota quia nōq̄ quis obligat̄ ad ipossibile/ q̄a nullu3 ipos. est obligatiuū. ¶ Secundo si sic sequeret̄ q̄ in casu aliquis ad peccādū obligaret̄. cōns est fīm quia tunc nō esset peccatū. Et pt3 cōña quia si aliquis iurauit q̄ mortaliter peccabit puta q̄ interficiet prēm suum: tūc in isto casu obligaretur ad peccādū. ¶ Tertio sic. q̄nq̄ iuramentū est violentū: sed tale nō ē obligatiuū: igit̄ pat3 maior. quia aliqnotiēs vsū est q̄ aliq cogebant̄ ad malum iuramentū. & minor pt3 q̄a coactio soluit obligationē. ¶ Quarto sic. si sic seqretur q̄ in aliquo casu aliqs obligaretur ad opposita. cōns est fīm & impossibile. Et pt3 cōña. in casu quo intētio iurātis & intētio illi⁹ cui sit iuramētū sōt opposite. ¶ Oppositū pt3 nā vī i ciuilib⁹ & policijs q̄ iducunt̄ iuramēta i cōtractib⁹ ciuilib⁹ & policijs & hoc nō eēt nisi eēnt obligatoria ī maior pt3 de se: & mior pt3 q̄a alias frustra fieret. In questiōe erūt duo articuli. In primo videbit̄ de q̄sito. In secūdo mouebūt̄ dubia. ¶ Quātū ad primū articulū. Primo notandū est. q̄ loquendo pprie de obligatione/ obligatio est solum respectu illi⁹ qd̄ est faciendū vel dimittendum vt respectu futu

Arguitur

In oppositum

Primus articulus. Primum notabile cui⁹ sit obligatio

ti. Ex quo patz. q nulla obligatio est respectu preteriti. patet ad preteritum nulla est potentia. vt patet primo celi & mundi. ¶Secundo notandum est. q iuramentum debet esse de illis que sũt in nr̃a ptãte vl' i ptãte iurãtis & hoc si sit licitum. ¶Tertio notandũ est. q triplex est iuramentum quia quoddam sit de re preterita. aliud de re p̄senti. aliud de re futura vel possibili. ¶Quarto notandũ est. q inter istos duos modos iuramentorũ est differentia. quia iuramentum quod est de re preterita vel presenti est respectu intentionis iurantis sed iuramentum quod est de re futura cadit supra res & non super intentionem. primo modo quis obligatur ad dicendum veritatez. secũdo mõ aliquis obligatur ad faciendum aliquid scz rẽ de qua est iuramentum. ¶Quinto notandũz est. q iuramentum esse obligatorium potest intelligi dupliciter. vno modo q tale iuramentuz obliget ad faciendum illud de quo est iuramentũ. alio mõ q obliget aliquo alio modo. ¶Sexto notandum est q adhuc de iuramento possum' loqui dupliciter. vno modo q fiat ab habente vsũ rõnis. scdo modo q fiat a non habente vsum rationis. modo titul' intelligit̃ de habente vsũ rationis. ¶Sit ergo prima cõclusio. iuramentum non est semp obligatoriũ ad faciendũz illud de quo est iuramentum factum vel ad omittẽdũ illud. Ptz quia si homo iurauerit q occider patrem suum non oportz q impleat iuramentũ suũ. Propter quod dicit Hieronymus. q in male p̄missis rescinde fidẽ & in turpi voto muta decretum. ¶Secũda cõclusio iuramentum est aliquo modo obligatoriũ loquendo de hñte vsũ rõis patz Nam in oi iuramento fit aliqualis p̄missio vel ergo talis p̄missio est licita & sic ligat/ vel illicita & tunc peccat. & si peccat manifestuz est q obligatur ad penã: ergo est aliqualiter obligatoriuz ¶Quantũ ad scdm articulũ dubitatur vtrũ si iuramentum sit de aliquo impossibili, iurans peccat. ¶Pro cui' solutione est primo notandũ q illud de quo iuratur dupliciter põt esse impossibile. vno mõ q tpe iuramẽti p̄stiti erat impossibile et hoc iurans sciebat/ & in isto casu iurans peccat & nõ excusat̃ de peccato. alio mõ q licet sit possibile tpe iuramẽti p̄stiti tñ p̄pter cãm de nouo emergentẽ post iuramentũ tale fit i possibile/ & sic iurans excusatur & hoc si nõ fuerit in causa p̄pter quã iuramẽta fit i possibile/ & q faciat dilationem vl' diligentiã q̃tũ põt: vt si quis p̄mitteret soluere. x. frãcos infra certuz tẽpus & infra illud temp' oia bona sua rapent̃. ¶Sed si quis diceret q hoc esset contra secundã conclusionẽ tertii capituli. Respondetur q nõ patz i spiciendo qa ip sa intelligitur de habente vsum rationis. ¶Secundũ dubiũ vtrũ iuramentũ quod vertitur in exitũ deteriorẽ sit obligatoriũ. hoc est vtrum si aliud de quo iuratur sit malũ iuramentũ de illo sit obligatoriũ. ¶Pro quo notandũ est q illud de quo iurat̃ duplr̃ potest dici malum. vno mõ de p se malũ. alio mõ q nõ est de p se sed bene posset fieri & fit malũ p̄pter cãm de nouo emergentẽ post iuramentũ ¶Tũc dicit̃ q in primo casu iuramentũ nõ est obligatoriũ: scz ad cõplẽdũ: vt si quis iuraret q interficiet patrẽ suũ nõ debet iplere: sed vbi illud de quo iurat̃ nõ est de se malũ: in scdo casu potest dici q illud iuramentũ obligat ad faciendũz cõpletionẽ iuramenti maxĩe si iurans tpe iuramenti nullũ malum intendebat nec fuit in cã p̄pter quã illud iuramentum fuerit malum p̄pter causam emergentez. & hoc p̄babiliter dicitur tñ si fuerit magnũ malũ nõ oportz ¶Tertiũ dubiũ. vtrũ iuramentũ p coactionẽ vel violentiã sit obligatoriũ sic q iurans obligetur ad faciendũ illud de quo est iuramentũ. ¶Rñdetur q duplex est obligatio. vna ẽ qua iurãs obligat̃ illi cui aliquid p̄mittit̃. alia est obligatio q̃ obligatur deo ad cõplendũ illud qd qs p̄misit p nomen ei'. Tunc dicit̃ loquẽdo primo mõ de obligatiõe obligatio violẽta tollit rõnẽ obligatiõis: sed loquẽdo de obligatione scdo mõ dicta obligatio violenta nõ tollit rõem obligationis. ptz qa homo nullo mõ habet vel debet nomẽ dei omittere propter perdere bona tpalia: qa semp debz habere nomẽ dei in venerationẽ & excellẽtia: qa si oppositũ faceret tũc p̄poneret bona tpalia noi dei siue dino. ¶Ad rões. Ad primã dicit̃. q nullũ iuramẽtũ licituz est ad i possibile qd sciebat̃ eẽ i possibile a iurãte tpe iuramẽti p̄stiti. ¶Ad scdaz negat̃ cõnã in casu quo id de quo iurat̃ ẽ de se malũ/ & ita iuramentũ nõ obligat ad cõplendũ. ¶Ad tertiã negatur mior qa obligatur obligatiõe q̃ aliquid p̄mittit adiplere per nomen dei: sed nõ primo mõ. ¶Ad quartã dicitur. q scdm veritatẽ iuramentũ nõ debz capi scdm intentionẽ dantis iuramẽtũ nisi in casu itentiões iurantis & recipiẽtis fuerit similes & eedẽ. ¶Rõ post oppositũ ẽ p̄ dictis. ¶Questio. viij.

Queritur. viij. vtruz in bona policia bñ recta & bñ ordinata diuinatio sit pmitiẽda ¶Arguit̃ p̄io sic. illud qd ẽ licitũ ẽ pmittẽdũ i policia bñ recta & ordinata. & quod dictũ est a deo: sed diuinatio est hmõi: igit̃. Maior patz. & minor p̄bat̃: quia diuinatio dicitur a diuino. ¶Secũdo sic si sic sequeret̃ q astrologi nõ essent pmittẽdi in policia bene recta. Cõsequens est falsum & patet cõsequẽtia. qa tales faciunt diuinatiões

Secundum notabile.
Tertium notabile triplex est iuramentuz
Quartũ notabile
Quintum notabile
Sextum notabile.
Prima p̄clo
Scda p̄clo
Primus articulus.
Dubium primum
Notabile
Scdz dubiũ
Notabile
Rñsio ad p̄mũ dubium
Tertiũ dubium
Responsio duplex ẽ obligatio
Ad rõnes.
Arguitur

de futuris. Tertio si sic sequeretur q phi non essēt in suis sciētiis recipiēdi: igif. cons est fim. & pbatur cōsequētia. quia in vna parte phie determinatur de diuinatiōe. scз i libro de somno & vigilia. ¶ Quarto illud est pmittēdū ad qd hoies naturaliter inclinantur: sed sic est de diuinatiōe igitur. maior patз quia diuinatio nō inclinat nisi ad licitum cum natura dirigatur ab agente infallibili. Et minor patet per expiētiam: quia multi diuināt de futuris &c. ¶ Oppositum arguitur. Nā omnis diuinatio est ꝓhibita: igitur. Patet consequentia. quia in bona policia bene recta nullum ꝓhibitum est pmittendum. Antecedens probatur. quia videmus q sortilegi & diuinatores puniuntur ab ecclesia. & non est dicendum q ecclesia errat.

In opposituм

¶ In questione erunt duo articuli. In primo ponentur notabilia. In secundo conclusiones

Primus articulus.

¶ Quantum ad primum articulū. primo notandum est. q hoc nomen diuinatio videtur

Primuз notabile

importare quandā prenunciationem futurorum ita q qui habet diuinare habet prenunciare quedā futura. ¶ Secundo notandū est.

Secundum notabile

q effectus futuri dupliciter possunt cognosci Vno modo in seipsis. Alio modo in suis causis. si ille cause presciuntur ad quas sūt nati sequi tales effectus: vt astrologus cognoscit causas ad quas sequitur eclipsis lune. ¶ Tertio

Tertium notabile

notandum est. q cause futurorum effectuum tripliciter possunt se habere ad tales effect⁹ vnomō quia effectus tales sēper & de necessitate sequuntur vt ad interpositionem terre iter solem & lunā sequitur eclipsis de necessitate. Secūdo quia illi effect⁹ vt i plurib⁹ isequūtur illas cās vt astrologi sciūt ad talē cōstellationē cōiter seqr pluuia vl vēt⁹ & sic de alijs. Tertio se hñt cāe futurorū mere cōtingenter ad vtrūlibet/ita q tales cause nō sūt plus determiate ad illos effectus q̄ ad oppositos vt adire ecclesiam sequitur qñq repertio alicuius homis vel

Quartum notabile.

inuentio alicuius pecunie. ¶ Quarto notādū est. q precognoscere effectus futuros contingentes ad vtrumlibet anteq̄ fiant est solius dei proprium. Patet quia ex quo talis effectus est contingens ad vtrumlibet & non habet determinatas causas sequitur propositum. Ex quo sequitur. q si aliquis presumat se cognoscere tales effectus futuros contingentes ad vtrum q talis vsurpat quod est solius dei propriuз & hoc sibi non reuelante. & dicitur notāter. q si aliquis presumat: quia aliquis dicitur se presu-

Secundus articulus

mere: qñ asserit sibi aliquid ignotum. ¶ Quā-

Prima conclusio

tum ad secundum articulum. Sit ergo prima conclusio. prenuntiare seu precognoscere illa que possunt cognosci humana cognitione nō est diuinare. patз quia si homo sciat illud siue illa que potest cognoscere per humanas rationes talia prenuntiando non peccat: igitur Cōsequentia patet. quia diuinare est vsurpare illud quod est dei proprius. Et antecedens no-

Diuinare quid.

tum est. Ex quo sequitur q prenuntiare futura q̄ semper vel vt in plurib⁹ eueniūnt per causas a nobis cognitas humanitus non est diuinare. Patet Cōsequentia quia talia possunt cognosci hūana cognitiōe. ¶ Scdo sequit. q astrologus prenuntians eclipsim lune non peccat/nec diuinat. Patet quia est per ratiōnē naturalem siue humanam ¶ Tertio sequitur q pluuias per coniecturas prenuntiando non presumendo non diuinat patet quia vt in plurib⁹ ad tales constellationes sequitur pluuia vel vētus & sic de alijs. ¶ Secunda conclusio. prenūtiare seu precognoscere effectus futuros con-

Secūda conclusio

tingentes ad vtrūlibet non est diuinare & hoc deo reuelante. patet quia talis illa qui prenūtiat non cognoscit de se: sed hoc habet a deo. Item alias philosophi essēt diuinatores/quod est falsum. ¶ Tertia conclusio prenuntiare effectus futuros contingentes ad vtrumlibet ex

Tertia conclusio

proprijs viribus & deo non reuelante est diuinare. patet quia in tali casu potest vsurpare illud quod est dei proprium & hoc maxime si talis ꝑnuntiatio fiat cū ꝑsūptiōe & quadā certificatiōe Ex quo seqt q diuinatio ē respectu effectuū contingentiu ad vtrumlibet. Secundo sequitur anteq̄ prenuntiatio futuri sit diui-

Ad diuinationē tria requiruntur

natio requiruntur tres conditiones. Prima est q sit futuri contingentis. Secunda q prenunciatio sit cum quadam prescriptione prenunciantis: scз q ille qui prenūtiat presumat hoc facere & cognoscere ex proprijs viribus. Tertia conditio. q tale futurum contingens non sit a deo reuelatū. ¶ Quarta conclusio principalis. omnis diuinatio est vitiosa & illicita. pтз

Quarta cōclusio.

quia in qualibet diuinatione vsurpatur illud quod est dei propriuм a quadaз humana ꝑsumptione: ergo est illicita. Consequentia est nota. & antecedens etiam ex dictis. Item quelibet diuinatio est pars cuiusdam superstitionis. ¶ Quinta conclusio. In nulla policia de-

Quinta cōclusio

bita & recte ordinata est licite diuinatio permittenda. Patet quia illud non est permittendum quod est simpliciter vitiosum. Ex quo sequitur q sortilegi & sortilege sūt de iure a policia eiciendi. patet ex dictis. ¶ Ad rationes.

Ad ratiōes

Ad primam negatur minor. Ad probationeз negatur. q diuinatio dicatur a deo: quia non est prenunciatio futuri effectus deo reuelante: sed magis dicitur a quadā vsurpatione illi⁹ quod est solius dei ꝓprium. ¶ Ad secundam negatur consequētia/& dicitur q astrologi nō sūt diuinatores vt dictū est. ¶ Ad tertiam ne-

quia illi non sunt diuinatores qui pronuntiāt esse& futuros qui pueniunt vt in pluribus a talib9 causis. ¶Ad quartū negaē mior: sed su m9 naturaliter iclinati ad precognitionē futu rorum eo modo quo est possibile rationib9 na turalibus & nostris sensibus.

QVESTIO NONA

Arguitur

Q Veritur nono. Vtrū in policia bene recta licitum sit seruos ociosos nu trire? ¶Et arguiē q sic. Nam si sic sequeretur q in policia bene recta nō deberēt histriones & tales hmōi sustineri. cōns est fl̄m vt notum est. & pat3 cōna. quia tales histriōes sunt ociosi & cōtēr sine labore. ¶Secūdo sic in policia bene recta vir politic9 debet dare vi ctum subditis suis: sed serui sunt subditi respe ctu legislatoris: igitur. maior pat3 de se. & mi nor pt3. quia ī policia bene recta serui sūt sub diti principi. ¶Tertio sic. si illud quod min9 videtur inesse inest: & illā quod magis: sed mi nus videtur q bruta ociosa debent nutriri in policia bene recta: & tamen nutriunē ergo m' tomagis serui. Maior pt3 per maximā. minor patet per experientias: de canibus: auibus: & cattis. ¶Quarto sic. Illud est licitu3 in policia bene recta qd pertinet ad liberalitate3: sed ser uis dare victū pertinet ad liberalitatē. Pt3 ma ior de se: & minor similiter. ¶Oppositū argui tur sic. Nā in regimine iconomico seruis ocio sis paterfamilias non debet victu3: igiē. Patet cōna. quia sicut dicitur primo hui9 domus est sicut vna parua policia & aīs ē philosophi se cūdo rethorice & primo vbi maxie dicitur q iconomicus nō debet dare seruis ociosis victū sine labore. ¶In questione erunt duo articu li. In primo erunt notabilia. In secundo cōclu siones. ¶Quantū ad primū articulū. Notādū est q sicut in primo hui9 triplex est seru9. qui dam est a natura: & est ille qui nō potest men te puidere & tamē est robust9 corpe. i. qui nō vtitur pte cōsiliatiua prudentie scit tū bñ exe qui illa que sibi pcipiuntur a domino suo. Et opposito mō dicitur princeps a natura. ali9 ē seru9 vi & violentia & est ille q quis ratione vi geat: tū per quandā violentiā & coactionē cō pellit ad opa seruilia. tertius seruus est electio ne: quia quis vigeat rōne & non cōpellatur tñ eligit p certo tpe seruire pter lucrū. Mō di citur q questio itelligiē de seruis a natura: qa de alijs verisimile est q nō sunt ociosi ¶Scdo notandū est q seru9 a natura vt pat3 ex dictis naturaliter inclinatur & ordinatur ad opa ser uilia & grossa: & vt adimpleat pcepta imācta & ideo dicit philosoph9 q natura ordinauit differentiā inter dnm & seruū ex parte corpis. ¶Tertio notandum est q vir politicus in po

In opposi tum

Primus ar ticulus. Primum notabile triplex est seruus

Secundum notabile.

Tertiu3 no tabile

licia bene recta deb3 laborare pro posse sic q remoueat omnes casus malignandi a suis sub ditis. pt3 per philosophum primo huius dicē tem q hoc est opus principis & non subditi. ¶Quarto notandū est q opa seruilia sunt du plicia. nā quedam sunt vilia multū: quorū ope rū exercitatores dicuntur bānausi q nō possūt exerceri sine corpis maculatione. alia sūt que non sunt omnino vilia: sed tñ necessaria in po licia bene recta & secūdū hoc duplices sūt ser ui. ¶Quantum ad secundum articulu3. sit cō clusio responsalis. nō est licitū in policia bñ re cta seruis ociosis victū administrare: & intelli gitur de seruis a natura. pbatur. illud non est licitū p quod apud quos hoc fieret pmoueren tur ad supbiā & rebellionem & inobedientiā: sed hoc cōtingit seruis ociosis igiē. Maior pa tet quia pter dissentionē policia destruiē vt dicit Albert9. Et minor pat3 clare quia postq̄ nō attingūt rōnem sunt brutales & sine ratiōe vigentes q̄ semper deprecatur ad optia. ¶Se cūdo illud omnino est illicitū quod omnino ē contra iusticiā & quod est inequale & iniustū: sed dare victum talib9 est contra iusticiā & cō tra equitatem quia vnicuiq tribuendū est se cundū iusticiam distributiua3 secundū q me rita sua extenduut se: mō tales nō habent me rita. ¶Tertio illud est illicitu3 quod est cōtra naturā: sed dare victū talib9 est cōtra naturam ergo illicitum: maior pt3 quia natura ab agēte infallibili dirigiē. & minor pat3: qa tales serui sūt naturaliter ordinati ad opa seruilia: & ideo differunt a liberis in robore corpali. ¶Quar to sic priceps in policia bene recta se hab3 ad illā policia3 sicut deus ad totum vniuersū: sed de9 i toto vniuerso nō pmitteret aliqd qd ess3 simpliciter frustra quia deus & natura nō defi ciunt in necessarijs nec habundārin superflu is primo celi & mūdi. ¶Ad rationes. Ad pri mas conceditur consequentia. & dicitur q ta les nō sunt oio ociosi imo aliquid opantur: l3 nō sint multum vtiles. ¶Ad secundā cōcediē maior si tales sint subditi scdm dictamē recte rōnis: & debito mō & sic negatur minor. qa ta les nō sunt debito mō subditi quia nō faciunt aliquid ad quod sunt ordinati. ¶Ad tertiam negatur minor. quia talia bruta in debitum fi nem sunt ordinata scilicet ad delectationem: vt canes & aues ad venādum. ¶Ad quartam negatur minor: & quādo dicitur dare sine spe remunerationis est actus liberalitatis. Nega tur illa: sed dare sine spe remunerationis vbi: quādo: quomodo: & qualiter pertinet ad libe ralitatem: & sic non est in proposito: Non enim est dandum talibus seruis ociosis inutilibus. ¶Ratio post oppositum est pro dictis.

Quartū no tabile

Secund9 ar ticulus Vnica pclo responsalis

Ad rōnes.

QVESTIO DECIMA



Arguitur

QVeritur.x. Vtrum in regimine bone policie licitum sit iuramentum prestare? ¶ Arguitur primo ꝙ non. Nam illud est simpliciter illicitum quod est diuina lege prohibitum/sed tale iuramentum est hmõi: igitur. Maior patet quia supponitur. ꝙ lex diuina nihil ꝓhibet nisi iniustum. minor patet per discursum sacre scripture. ¶ Secundo sic. Illud est illicitum per quod damnatur anima exercentis tales actũs sed hoc est per iurare igitur. Maior pats ex terminis/minor patet Nam videmus propter pericula que causantur in iuramentuʒ sunt homines periuri. ¶ Tertio sic. Iurare nõ est nisi de um in testem sumere: ergo sequitur ꝙ in regimine pŏlicie bone non est licitum iurare vel iuramentuʒ prestare. maior patet ex quid nominis. Et minor patet. quia quandoqꝫ iuramentum versatur circa materiaʒ viles. Modo quando circa materiam vilem deus in testem assumitur est illicitum: ergo & cetera. ¶ Oppositum arguitur. Nã si sic seqeretur ꝙ multe policie errarent. Consequens est falsuʒ/ & nõ est dicendum Et patet consequentia. quia videmus ꝙ in multis policijs fiunt iuramenta.

In opposi tum

Primus articulus. Primuʒ notabile

¶ In questione erunt duo articuli. In primo erũt notabilia. In secũdo cõclusiones. ¶ Quã tum ad primũ articulum. primo notandũ est. ꝙ iuramentum ordinatur ad confirmationeʒ alicuiꝰ. Vnde cum facta piculosa & particularia non possint confirmari ab homie. rationabile est ꝙ confirmentur per aliũm modũ quatinus cessent obiurgationes/ & fiat iusticia.

Secundum notabile q̃re sit iuramentũ introductum

¶ Secũdo notandũ est. ꝙ iuramentũ duplici de causa est introductum. primomõ ꝓpter defectuʒ humane cognitionis. secũdo ꝓpter defectum humane volitionis.

Tertium notabile

¶ Tertio notãdũ est ꝙ iurare non est aliud q̃ in deum testem sumere Vnde iuramentum dicitur a iure introductũ vt illũ qđ sub voce nominis dei dicitur ꝓ vero habeatur. Ex quo sequitur. ꝙ non est licitum per creaturã iurare nisi attendat diuinitatẽ dei in creatura relucere.

Quartum notabile.

¶ Quarto notandũ est. ꝙ qñqꝫ adducitur iuramentuʒ per deum ad assentiendum presentibus & preteritis: & tale vocatur assertoriuʒ aliomodo ad futura & sic vocatur iuramentum ꝓmissoriuʒ

Quintum notabile.

¶ Quinto notandum est. ꝙ nonq̃ iuramentũ debet prestari respectu impossibiliũ & necessariorum & impossibiliũ aliter se habere. patʒ quia hoc esset ridiculum.

Sextũ notabile tria reqrũtᷣ ad iuramentum.

¶ Sexto notandum est ꝙ ad iuramentuʒ tria requiruntur: scilicet veritas iudicium & iusticia. primo requiritur iudicium. quia homo non debet iurare nisi ꝓpter arduam causam/ & sic indiget iudicio rationis & discretionis. qꝛ oportet distribuere que + at & discernere. Ex hoc sequitur. ꝙ pueri ante annos pubertatis non sunt apti ad iurandum ¶ Secundo sequitur ꝙ amentes & ebrij non debent prestare iuramentum. secundo requiritur veritas: qꝛ oportet ꝙ illud circa qđ iuramentum versatur sit verum. Ex quo sequitur ꝙ ille qui iurat dubium pro vero cõmittit periurium. tertio requiritur iusticia. Patet quia ꝑ iusticiam redditur vnicuiqꝫ ꝙ suum est/ & sic oportet ꝙ illud iuramentuʒ sit iustũ. Ex quo sequitur. ꝙ si aliquis iuret de aliquo illicito non tenetur adimplere iuramentum/ & sic nõ est iuramentum sed periuramentum: quia ibi deficit iusticia & ille qui iurat est grauiter puniendus.

¶ Septimo notandum est. ꝙ non est inconueniens secundum se aliquid esse bonũ & tamen vergit in detrimentum illius qui eo vtitur & recipit vt patʒ de eucharistia. quia receptio illius est licita/ & si recipiens illius sit in peccato mortali tunc recipiens peccat & dãnat animam suam. — Septimum notabile

¶ Octauo notandum est. ꝙ non est inconueniens aliquid esse licitum secundum se quod tamen redditur illicitum ꝑ pter aliquam circunstantiã. Patet de dare elemosinam. — Octauum notabile.

¶ Nono notandum est. ꝙ radix & origo iuramenti recti est ꝙ iurans credit deũ habere infallibilitatem veritatem/ & omniuʒ rerum infallibilem cognitionem/ & ideo assumit eum in testem & finis propter quem iuramentum sit est concordia hominum & iustificatio vt finiantur iurgia/ dissentiones/ & lites propter ipsum. Ex quo sequi ur ꝙ tam radix a qua procedit iuramentum ꝗ finis ad quẽ ordinatur ioramentum licita sunt satis. Patet ex dictis. — Nonum notabile

¶ Quantum ad secundum articulum. sit ista prima conclusio. Iuramentuʒ secundũ se est licitum. Probatur quia iuramentum naturaliter procedit ex licita radice: & finaliter ordinatur ad bonum finem: ergo est licitum. Consequentia patet. & antecedens patet ex quinto notabili. — Secundus articulus Prima conclusio

¶ Secunda conclusio & principalis Iuramentũ de peraccidens & propter malas circunstantias redditur illicitum & malum. Ista propositio satis patet quia si aliquis iuret per creaturam ibi sistendo iuramentum est illicitum. Et etiam tria requiruntur ad iuramentum rectum: si ergo aliquod illorum deficiat reddditur illicituʒ. — Secũda conclusio principalis

¶ Sit ergo conclusio responsiua. ꝙ in regimine policie licitum est iuramentum prestare. Ista conclusio sequitur ex predictis: tamen si inspiciamus radicem bene est licitum/ & etiam respiciendo fineʒ bene est licitum. Ex quo sequitur ꝙ caosa propter quã iuramentũ eligitur est dubietas quã — Conclusio risiua.

habet ille qui petit iuramentum ex verbis p̄-
dictis perficientibus iuramentum. Ex quo se
quitur ꝙ quodāmodo exigens iuramentum
ab alio honorē illius hominis deprimit. patet
quia ē signum ꝙ modicum in ipso confidit et
ꝙ dubitat an sit verus homo vel ñ. ¶ Tertio
seqtur qđ irrationabiliter ab hominibus bo-
nis & virtuosis petit iuramentum et ideo pres
biteri nisi pro multum arduis non debent fa-
Ad rōnes cere iuramenta. ¶ Ad rationes ad primaʒ cō-
ceditur maior vel de p se vel de per accidens
ad minorem dicitur ꝙ iuramentum a lege di
uina ñ ē prohibitū si sit debite circunstantio-
natum scilicet a bona radice & ad bonū fineʒ.
¶ Ad secundam negetur minor & hoc de se
scilicet si iuramentum sit debite circunstātio-
natum. ¶ Ad tertiam dī qđ homo non debet
iurare nisi pro causa ardua & notabili & etiaʒ
de rebus mundialibus nisi in casu necessitatis
Et sic bene arguit ratio ꝙ non in omnib⁹ de
bet esse iuramentum & si est debet esse veri-
tas iusticia et iudicium quibus deus licite po
test sumi in testem si necesse fuerit. ¶ Ratio
post oppositum est pro dictis.

¶ QVESTIO.XI.



Verit̄ vndecio Vtrū ī po-
licia bene recta sit ābitio
permittēda. Aī ꝙ sic illđ
Arguitur est permittendū ī policia
bene recta quod est circa
bonū sʒ ābitio ē huiusmo
di ergo est permittenda:
qm̄ est circa bona exteriora oprīa. maior patʒ
de se qm̄ admittēdū est bonum immo eligen
dum. minor patet quia ambitio importat ap
petitum honoris: modo honor iportat qđ est
quid optimum inter bona exteriora & ideo
dicitur quod solum honesti sunt honorandi.
¶ Secundo sic illud est pmittendum ꝙ licite
homo potest habere sed licite homo pōt ha-
bere ambitionē igitur. maior patʒ de se & mi
nor ꝓbatur qm̄ virtuosus debet appetere ho-
norem qm̄ solus virtuosus honore est dignus
¶ Tertio sic illud ē pmittēduʒ p ꝙ homines
boni ꝓuocāt ad hoc quod fiāt meliores & per
qđ mali retrahūt a sua malicia sʒ hoc est per
ambitionē ergo est licita et permittēda. ma-
ior pʒ & minor ꝓbat̄ qa p ābitionem virtuos⁹
fit melior quādo videt qđ talis sic honoratur
In opposi- et cōsimiliter facit vir mal⁹ q̄re. &c. ¶ Oppo-
tum. sitū aī sic viri ābitiosi sūt mali ī policia igitur
ambitio nō dʒ pmitti ī policia bene recta con
sequentia patet ex terminis. aīs ꝓbat̄ qa si-
cut dī quarto huius priceps debet esse vir po
litic⁹ coicatiuus & dʒ esse fauorabilis & virtu
osus: sʒ p oppositum est de ambitioso. ¶ In q̄
stione erunt duo articuli In primo erunt nota
bilia. In secundo conclusiones. ¶ Quantum Prim⁹ ar-
ad primum articulum. Notandum est primo ticulus.
quod honor iportat quādā excellētiā siue re- Primum.
uerētiam alicui exhibitā in signum virtutis & notabile.
hoc pʒ ex eius descriptione. Ex quo sequitur
ꝙ null⁹ vicios⁹ vt sic ē honorād⁹ seu dign⁹ ho
nore nec etiā principatu. Patet ex eius descri
ptione Scđo seqtur qđ scđm veritatem iste q
alijs pricipatur & sup alios hʒ dominiū ñ est
dignus honore nec etiā pricipatu q̄diu est vi
cios⁹ apparet ex dictis. ¶ Scđo notanduʒ est Secunduʒ
quod circa excellētiā honoris sunt duo consi- notabile.
derāda. Primū ē ꝙ talis nō habet talē excellē-
tiā in qua excellit alios a se sed a deo secundū
quod illđ in quo excellit nō est sibi collatū ni-
si inq̄tum potest alijs prodesse per hoc scilicet
alios a malo retrahere & trahere ad bonū &
facere ipsos virtuosos. ¶ Tertio notandū ē ꝙ Tercium.
appetitus honoris p̄t tripliciter eē inordinat⁹ notabile.
vno mō qñ aliquis cupit sibi honorem referri Appeti⁹
pro aliqua excellētia quā tñ ñ hʒ licet illa vi- hōnoris ē
deatur habere. Secundo mō ē inordinatus si tripliciter ī
aliquis cupit sibi honorem referri nō tamē re ordinatus
ferendo illum in deū. Ex quo videtur multis
quod sūt honorādi ꝓpter se seu ꝓpter se digni
hōrē Tertio mō acceptādo hōrē & ñ referēdo
hōre ad vtilitatē ꝓximi sui & aliorū nec vt sci
licet alij fiāt virtuosi & sic vt possent hōrari si
igī referat hōrē ad se peccat. ¶ Quarto notā
dū ē ꝙ ad hoc ꝙ bonū appetatur recte reqrit̄ Quartum
qđ talis appetitus reguleī rōne quia hō po-
test abūdare et deficere viciose & tenere me-
diū. Ex quo patet ꝙ bonuʒ potest appeti ma
le et viciose. ¶ Quinto notādum ē ꝙ honorē Quintum
eē p̄miū virtutis p̄t intelligi dupliciter primo notabile.
modo quoad virtuosos sic scilicet qđ sit sufici
ens premiū virtuoso quo ad salutē et sic nō est
verū qa honor ñ ē premiū virtutis sed virtutis
felicitas est sic p̄miū. ¶ Scđo mō quātum est
ex parte illorū qui honorem faciunt quia ta-
les dāt hominib⁹ maximū bonū qđ inter bo-
na exteriora possunt dare et sic verum est ꝙ
honor est p̄mium virtutis. Non primo modo
quia honor non est eligibilis propter se quia
contingit homines male vti honore ꝙ nō con
quoniã virginitas cõsistit in detestatione & re futatione omnis actus venerei. ¶ Tertio sic virginitas propter actum licitum corrumpit: igitur. pts consequentia. quia nunq̃ virtus mo ralis corrumpitur propter actum licitum. An tecedens probatur. quia propter actum con iugalem qui est actus licitus corrumpitur vir ginitas. ¶ Quarto si sic: sequeretur ꝙ expedi ret omnes homines esse virgines. Consequẽs est falsum Et patet cõña. quoniam expediẽs est omnes homines esse virtuosos. ¶ Quinto sic virginitas perdita nũq̃ potest restaurari seu reparari: ergo non est virtus. tenet consequen tia. quia quelibet virtꝰ potest reparari. qm̃ que libet virtus generatur ex multis actibus. Añs patet quia in corruptione virginitatis corrum pitur integritas corporis. modo impossibile ẽ hoc restaurari. ¶ Sexto sic. Nam felicissimi & sanctissimi homines fuerunt sine virginitate: igitur. antecedens patet de multis sanctis qui viderunt filios & filias: vt pats de beato Hila rio. ¶ Sepimo sic. Insensibilitas est vitiũ: igiẽ & virginitas est vitiuꝫ. Consequentia tenet qa virginitas est quedam insensibilitas/ quia vir ginitas consistit in detestatiõe cuiuslibet actꝰ venerei. Et antecedens patet. quia insensibili tas opponitur temperãtie. ¶ Octauo sic. Vir ginitas ie st homini a natura: ergo non est vir tus moralis pats consequentia quia virtus mo ralis non iest nobis a natura. Et antecedẽs pts quia homines nascuntur in virginitate. ¶ No no sic. Virginitate contingit male vti ergo nõ est virtus. Pats consequentia per philosophuꝫ primo rhetorice capitulo tertio dicenteꝫ Om nibus bonis contingit homini bene vti & ma le vti exceptis virtutibus: & sic virtutibus non contingit nõ bene vti. Et antecedens patet in casu/ in quo rex vellet viuere & seruare virgi nitatem & regnum suum deberet venire ad ti rannos. ¶ Decimo: virginitas sepiꝰ & frequẽ tius reperitur in iuuenibus q̃ in senibus ergo non est moralis virtus. pts consequentia. quia per hoc philosophus quarto ethicoruꝫ ꝓbat ꝙ verecundia non sit virtus moralis. & sic vir tus moralis debet potius reperiri in iuuenibꝰ q̃ in senibus. Antecedens notum est. ¶ Vnde cimo. virginitas non inclinat ad operandum vbi oportet &c. ergo non est virtus. Patet con sequentia. quia virtus moralis sic inclinat vt di citur secundo ethicorum. Et antecedens ꝓba tur. quia virginitas non iclinat ad aliquẽ actũ immo ad priuationem magis cuiuslibet actus venerei. ¶ Duodecio: virginitas est contra p̃ ceptum legis nature: ergo. consequẽtia est no ta. Et añs pats quia lex nature p̃cipit ꝙ fiat ꝓ lificatio quatinus humana species conseruet que nõ potest conseruari in indiuiduo. ¶ De inde arguitur contra totam questionem. Vir ginitas est vitium ergo non est licita. Cõsequẽ tia tenet. & antecedens apparet per rationes factas probantes satis ꝙ virginitas non sit vir tus. ¶ Secũdo sic. In omni policia bene recta & ordinata illud nõ est licitũ quod qñq; tendit in detrimentum totius reipublice. sed in casu hoc faceret virginitas pars maior. & minor in casu quo rex non haberet prolem & vellet in virginitate mori & post mortem eius regnum deuenerit ad vnum tirannum. ¶ Oppositum arguitur sic. quia temperantia est licita in po licia: ergo & virginitas. patet consequẽtia: qa virginitas est quedam temperantia. Et ante cedens apparet quia temperantia est virtus. ¶ In questione erunt tres articuli. In primo vi debitur de supposito. vtrum virginitas sit vir tus moralis. ¶ In secũdo videbitur de questione principali. In tertio. vtrum virgini tas sit preferenda castitati coniugali. ¶ Quã tum ad primum articulum ponuntur quattu or propositiones. Prima est ista. in casu absti nentia ab actu venereo est illicita & vitiosa. ꝓ batur ista conclusio. Naꝫ in exemplo iam po sito. si princeps totius policie. qui esset bonus & vtilis policie vellet in virginitate permane re/ & post mortem eius regnum veniret ad ali os malos homines & alienos. Ex ista conclusi one sequitur ꝙ insensibilitas est vitium. Patet quia consistit in refutatione cuiuslibet concu piscentie secundum dictamen recte rationis. ¶ Secunda conclusio est ista. Actus concubi tus carnalis ne duꝫ inter solutos: sed etiam in ter coniuges potest esse illicitꝰ: quia potest fi eri illicite. Correlarium est istud. ꝙ intempe rantia est vitium quia consistit in hoc ꝙ tales actus voluptuose eliciũtur & fiunt. ¶ Tercia conclusio. Actus concubitus carnalis in casu ẽ simpliciter licitus & debitus. Patet quia fit in actu matrimoniali secundum debitas circun stantias/ scilicet quãdo/ quomodo/ vbi/ & qua liter oportet. ¶ Correlarie sequitur ꝙ in casu cum carnali concubitu stat temperantia. Ap paret de se. ¶ Quarta conclusio est ista: absti nentia a carnali concubitu est licita in casu/ & meritoria. Probatur. Et pro probatione pona tur ꝙ aliquis proposuerit tota vita sua in vir ginitate permanere nisi emergat necessitas vel oportunitas matrimonialis. ¶ Tunc pro batur ꝙ taliter abstinere est bonum: quia fa cit illum actum/ vbi/ quãdo/ quomodo/ & qua liter oportet & sic de aliis circũstãtiis. ¶ Secũ do qa manifestũ est ꝙ in tali casu abstinẽtia a tali actu est actus tẽperãtie: ergo est licitꝰ. Pts consequentia. Et añs notum est quia tẽperan

In opposi tum

Primus ar ticulus Prima pclo

Secunda cõ clusio

Tertia con clusio

Quarta cõ clusio

tia consistit in refutatione debita act° venerei secundũ debitas circunstantias. Et hoc de primo articulo. ¶ Quantum ad scdm articulum

Secundus articulus

¶ Primo notandum secundum Augustinum in ii. de nuptijs & concupiscẽtia virginitas sic describitur. Virginitas est in corporali carne & corporis perpetua meditatio. Et in hac diffinitione tangitur materiale & formale virginitatis. Primum tangitur cuȝ dicitur in carne corporali. Secundum tangitur cum dicitur ꝑpetua meditatio.

Primus notabile. quid virginitas.

Ex quo sequitur ꝙ sic sumẽdo virginitatem virginitas non est attribuẽda angelo. ptȝ quia dicitur in carne corporali.

Primũ correlarium.

Secundo sequitur ꝙ si quis ꝓponat viuere & abstinere per tempus & non perpetuo talis castitas non est virginitas: quia dicitur ꝑpetua meditatio.

Scdm correlarium

Tertio sequitur ꝙ difficile est obseruare virginitatem perfectam. patet quia dicitur in corpore perpetua meditatio & in carne corporali modo talis est bene difficilis. Vnde beatus Thomas dicit. si nõ esset corruptio carnis non esset difficile virginitatem seruare.

Tertiuȝ correlarium

Quarto sequitur ꝙ virginitas est laudabilis. Patet quia est difficilis.

Quartum correlarium

¶ Secundo notandũ est. ꝙ cum dicitur perpetua meditatio: nõ intelligitur ꝙ sit actualis cogitatio aut meditatio: sed sufficit ꝙ sit habitualis vel actualis/quia in scdo non dicitur esse actualis.

Secundum notabile

¶ Tertio notandum est. ꝙ abstinẽtia actualis concubitus dupliciter potest esse in aliquo. Vno modo propter impotentiam: scȝ propter imperfectionẽ in membris naturalibus. Alio modo ex electione vnde videtur ꝙ prima abstinentia nõ est laudabilis/quia nõ est in potestate nostra: sed bene secunda.

Tertium notabile

¶ Quarto notanduȝ est ꝙ abstinẽtia a carnali cõcubitu que prouenit ex electione adhuc est duplex quedam est ex electione indebita seu indebite ordinata & non bñ circunstantionata/sicut quando aliquis eligit nõ qñ oportet/vl' qualiter abstinere oportȝ Et talis abstinentia est viciosa & insensibilitas Alia est de electiõe bene ordinata & circunstãtionata sicut quãdo aliqs eligit se abstiere quãdo oportet & vbi & sic de alijs circunstantijs.

Quartũ notabile duplex est abstinentia a carnali cõcubitu

¶ Quinto notanduȝ est. ꝙ illa abstinentia vltima est triplex Nam quedam est castitas virginalis: quedam vidualis: & quedam coniugalis abstinentia.

Quintũ notabile triplex ẽ abstinẽtia ex electione

¶ Sexto notandum est. ꝙ personẽ sũt in duplici differentia Naȝ quedã sunt quibus necessitas emergit seu decens oportunitas coniugandi: vt fuit Isaac & Abrahã &c. & si tales abstineant vbi quãdo & cetera. Tũc dicitur castitas coniugalis. Alie sunt persone quibus non emergit necessitas seu decẽs oportunitas coniugandi. Et tales sũt duplices. Naȝ quedam sunt que nunq̃ fuerunt corrupte & ꝑpetuo proponunt sic permanere & talis abstinentia vocatur castitas virginalis. Alie sũt corrupte licite & perpetuo ꝓponũt deinceps abstinere/& talis vocatur castitas vidualis.

Sextuȝ no. duplices sũt ꝑsone

¶ Septimo notandum est. ꝙ in generali virginitas capitur tripliciter Vno modo pro quodaȝ habitu non applicatiuo concubituum illicitorũ cõnotando tñ corporis & anime integritateȝ Secũdo capitur pro integritate corporis/siue sit integritas mentis siue non. Tertio modo ꝑ integritate anime siue sit integritas anime/siue sit integritas corporis siue non.

Septimum notabile. tripl' capit' virginitas

¶ Octauo notandum est ꝙ quando queritur. vtrum virginitas que est actus moralis sit licita. virginitas debet capi solum tertio modo. Vnde dicitur ꝓbabiliter. ꝙ primo modo capiendo non est virtus moralis: quia si talis cognotatio deficeret: scȝ si nõ esset integritas anime non esset virt°. si etiam scdo modo accipiatur nõ est virtus: quia sic est a natura vt notum est.

Octauum notabile,

¶ Tunc sit prima cõclusio. quo ad istum articulũ. Virginitas est virtus moralis. probatur: quia omis habitus quo quis secundum iudiciuȝ recte rationis abstinet ab illis a quibus oportet abstinere/vbi quando/quõ/& qualiter oportet est virtus moralis/sed virginitas est huiusmõi. igit' Patet maior ex quid nominis. Et minor patet ex dictis. quia virginitas est habitus.

Prima conclusio

¶ Secũda conclusio. Virginitas generatur ex actibus interioribus & exterioribus. Patet quia virginitas est virtus: ergo generatur ex actibus hominis non exterioribus: ergo interioribus. Patet consequẽtia & maior; sed minor probatur quia virginitas generatur ex actibus multiplicibus ad perpetuo permamendum in carnis integritate

Secũda conclusio

¶ Tertia conclusio. Virginitas est habitus consistens in medio inter duas malicias probatur. quia est habit° quo quis/vbi/quãdo/quomodo/& qualiter inclinatur ad recte abstinendum a carnali concubitu. ergo consistit in medio. patet consequentia ex terminis. quia tunc non excedit nec deficit. Et antecedens patet ex dictis. ¶ Confirmatur. quia virginitas est habitus moralis: ergo consistit in medio.

Tertia conclusio

¶ Quarta conclusio. Virginitas non est insensibilitas. Patet. quia insensibilitas est habitus quo quis contra dictamen recte rationis se a delectationibus/& concubitibus carnis abstinet/vbi/quãdo/quõ/& qualiter oportet sic de alijs circunstantijs.

Quarta cõclusio

¶ Quinta cõclusio. Virginitas per actus bonos interiores multiplicatos potest restaurari eadẽ in specie: licȝ non eadeȝ in numero. Esto ꝙ aliquis perdiderit talem habitum quem tamen prius habuit tunc clаruȝ est ꝙ illuȝ potest restaurare: ergo. Item virtus generatur ex actibus multiplicib°

Quinta cõ. clusio

Sexta

¶ Sexta conclusio est ista. virginitas potest re
manere post carnalē concubitum licitum pa
tet q̄a virginitas est virtus. modo nulla virtus
corrūpitur ꝓpter licitū actum. Et capit̄ hic vir
ginitas ꝑ itegritate mētis siue sit itegritas cor
poris siue non. ¶ Septima conclusio virgini

Septima.

tas potest amitti sine aliquo carnali cōcubitu
siue licito siue illicito. probatur quia ex quo
talis virginitas ē q̄dā habitus īmediate potest
talis corrumpi ex mala electione manente in
tegritate corporis. Correlarie sequitur ꝙ lic3
pueri insensati habeant integritatem corporis
non tamen sunt dicendi virgines. De insensa
tis patet quia non habent vsum rationis. Simi
liter de pueris infantibus patet quia nondu3 ex
actibus mltiplicibus elicitis habēt talē habitū
Et sic p3 quomodo virginitas est virtus & quō
nō. Etiā p3 quod virginitas prout denotat ite
gritatē corporis tantum n̄ est virtus tum quia
nō generatur ex actibus licite elicitis tu3 quia
nō potest restaurari ex actibus tm̄ q̄a ē quodā

Terti9 arti
culus
Dubium

mō a natura. ¶ Quātū ad tertium articulum
erit dubiū vtrū virginitas sit p̄ferenda castita
ti cōiugali. Et arḡ q̄d non quia cōiugalis casti
tas est magis voluntaria q̄ virginitas ergo ē p̄
ferenda tenet cōña. quia quāto bonum ē ma
gis voluntariū tāto ē melius. añs probatur q̄a
castitas cōiugalis solū reperitur in habētibus
vsū rōnis. & in his que deuenerunt ad ānos di
scretionis modo virginitas communiter solu3
reperitur in iuuenibus quia solum nascuntur
virgines. ¶ Secundo sic si sic esset sequeretur
ꝙ quelibet coniugata esset melior & laudabi
lior cōña est fls̄m vt notū est. & p3 cōña q̄a si vir
ginitas esset p̄ferēda tunc esset laudabilior et
sic redderet habētē magis laudabilē. ¶ Ter
tio sic virginitas ordinatur ad bonum priuatū
sed castitas coniugalis ordinatur ad bonū cōe
ergo patet cōña quia bonum commune ē pre
ferendum bono priuato quia q̄to bonum est
cōmunius tanto melius & añs probatur quia
virginitas solum ordinat̄ ad bonū virginis pro
secunda parte patet añs quia castitas coniuga
lis ordinatur ad prolificandum & ad multipli

In opposi
tum

candum speciem hūanam. ¶ Oppositum ar
guitur per augustinum in libro de virginitate
vbi dicit certa ratione & sāctarū scripturarum
auctoritate peccata eē nuptias īuenimus: nec
bono siue coniugali castitate vel virginali eq̄

Primum
notabile.
q̄d castit. e
cōiugalis.

mus ꝓpter nuptias. Pro itellectu est sciendu3
ꝙ castitas coniugalis est abstinentia a concu
bitu carnali q̄ñ oportet quō &c. & hoc in sta
tu matrimoniali. Ex dictis patet clare q̄d in ca
stitate coniugali stat virtus & etiam tēperan

Secundu3

tia. Secundo notandum est quod meritum in
aliquo casu non mensuratur in genere act9 sed
poti9 pēsatur & mēsuratur ex intentione ani
mi operātis nā duo actus eiusdē speciei eē et
sētiales bn̄ stāt simul & tn̄ vn9 erit meritori9 &

Tertium.
notabile

alter nō ¶ Tertio notādū ē q̄d ad hoc ꝙ bonū
cōe sit preferendū bono priuato secundu3 re
ctā rationē requiritur q̄d sint eiusde3 generis
vt bonum vtile commune prefertur bono vtili
priuato p3 q̄a bonū priuatū honestū bono cō
muni vtili secūdū rectā rationē est preferendū
et capit̄ ibi bonū honestum ꝑ bono aīe & hoc

Prima cō
clusio

est intelligendum ceteris paribus. ¶ Prima
conclusio virginitas castitati coniugali est pre
ferenda. p3 q̄a saluator noster eligit matrē su
am virginē: & voluit virginitatē: & hoc est ma
gnū argumentum. ¶ Secundo q̄a virginitas
ordinatur ad vitam contēplatiuas & ad bonū
eius: sed cōiugalis castitas ordinatur ad bonū
vite actiue. Modo vita speculatiua est melior
actiua. Itē virginitas ꝓprie dicta respicit ani

Secunda
conclusio

mā sed castitas coniugalis respicit corp9 ¶ Se
cūda cōclusio est ista licet virginitas sit prefe
renda castitati coniugali cu3 hoc stat coniuga
lem eē meliorē virginitate. p3 q̄a stat q̄d castus
coniugalis habeat animum magis promptu3
ad castitatem seruandam q̄ virgo ad virginita
tem. Item stat q̄d coniugatus habeat virtutes
multo excellentiorem virginitate ergo. &c.

Ad rōnes
Dubii

¶ Et tūc ad rationes dubii. Ad primā neget̄
añs scilicet quod sit magis voluntaria & libera
Et esto quod ita esset adhuc consequentia nō
valeret quia oporteret adhuc aliud. Et ad pro
bationē quia nullus eligit coniugalem castita
tem nisi quando venit ad annos discretionis si
cut etiā est de illo qui eligit virginitatem pro
prie dictā scilicet pro habitu applicatiuo om
niū carnalium concubituum conotādo tamē
anime itegritatem & sic ē iꝓposito. Aliis mo
dis n̄ capit̄ hic prout vt dictum est. ¶ Ad secū
dā quādo dr̄ sequeretur quod quelibet virgo
qualibet cōiugata eēt melior prout dictū ē in
secunda conclusione consequentia non valet.
¶ Ad tertiam quando dicitur virginitas ē bo
num priuatum negetur antecedens. Ad pro
bationē dr̄ q̄d verū est q̄ñ illa bona sunt eiusdē
generis. modo non sic est in ꝓposito q̄a virgi
nitas ē bonū priuatū honestū. castitas coniuga
lis non est sic bonū honestu3. & hoc de tertio.

Ad rōnes
questionis

¶ Ad rōnes questionis. Ad primā q̄ñ dicitur
virginitas n̄ generat̄. &c. neget̄ illa sumendo
virginitatē ꝑ hitu applicatiuo actuū elicitorū
et ille hitus generāt̄ ex mltis actib9 iterioribus
Ad scdam q̄ñ dicebat̄ virginitas recedit a me

notabile
penes q̄d
attenditur
mediu3 in
virtute.

dio. Hic ē notādū ꝙ scd3 veritatē mediū ivir
tute non attenditur secundum quantitatem
rei comparate sed potius secundum rectā ra
tionē. Vnde licet virginitas applicet oino act9

elicitos non tamen hoc est medium secundũ
rectam rationem. ¶ Ad tertiam quando dici-
tur virginitas corrumpitur per actum. &c. ne-
getur ista nam capitur ibi virginitas pro habi-
tu mõ cũ tali habitu stat actus concubitus lici
tus qa hic non capitur ꝑ integritate corporis.
¶ Ad quartã qñ dicitur ꝙ expediẽs. &c. cõce
ditur illa sumẽdo virginitatẽ ꝑ tali habitu ap
plicãdo actum venereũ vbi qñ quõ & qualiter
opȝ. Et cũ hoc stat qđ cõsequit̃ actus venereus
vbi qñ quõ & qualiter opȝ. Et cũ hoc stat ꝙ fi-
at ꝓlificatio. ¶ Ad quintam qñ dicitur virgi-
nitas ꝑdita nõ potest restaurari negetur illa su
mẽdo virginitatẽ ꝑ tali habitu qa hic virgini-
tas pro tali habitu nõ sumitur prout denotat
corporis itegritatẽ qa hoc est naturale & inest
a natura. ¶ Ad sextam cum dicitur sãctissimi
patres. &c. neget̃ illa sumẽdo virginitatẽ ꝑ ta-
li habitu iclinãte ad debite applicãdũ act⁹ car
nales & ñ ꝓut conotat corpis itegritatẽ. ¶ Ad
septimã qñ dicitur isensualitas est viciũ nege-
tur coña qa virginitas ẽ habit⁹ iclinãs ad reipi
ciendũ act⁹ venereos. si oportet & necesse sit.
¶ Ad octauã qñ dr̃ ꝙ virginitas inest homini
a natura negatur saltẽ completiue & pfectiue.
Ad ꝓbationem dr̃ ꝙ hoc itelligitur capiendo
virginitatẽ ꝑ itegritate corpis. ¶ Ad nonã qñ
dr̃ qđ virginitate cõtingit male vti neget̃. ad ꝓ
bationẽ dr̃ quod preiudiciũ esset ꝙ rex virgi-
nitatẽ seruaret in casu. Et etiã dicitur qđ non
est bonũ qđ rex virginitatẽ obseruet sȝ posset
applicare oẽs act⁹ ad ꝓlificandũ. ¶ Ad decl
mã quãdo dicitur virginitas nõ inclinat nege
tur ista loquendo de oꝑationibus interiorib⁹.
¶ Ad vndecimam dr̃ quod virginitas magis
reperitur i iuuenib⁹ quã in senibus capiendo
virginitatẽ ꝑ itegritate corporis. ¶ Ad duode
cimã qñ dr̃ ꝙ virginitas ẽ cõtra preceptũ le-
gis neget̃ qa virginitas inclinat ad exercendũ
actum quãdo quõ & qualiter opȝ. ¶ Ad trede
cimã quãdo dicitur virginitas est vicium. &c.
negetur. ad ꝓbationẽ dicitur qđ rationes sunt
solute. ¶ Ad. xiiij. dicitur qđ illa bene conclu
dit capiendo virginitatẽ. primo modo ꝓut vi-
sũ ẽ i scđo articulo.

¶ QVESTIO. XVIII.

Queritur. xviij. Vtrum omnis actus
voluntatis quẽ princeps circa regi-
men politicũ eligit sit bon⁹ vel ma
lus moraliter. Arguit̃ primo ꝙ sic omnis act⁹ Arguitur.
ciuilis vel bñ fit vel male fit igitur patet coña
qa omẽ ꝙ bñ fit vel male fit est bonũ vl̃ malus
Et antecedens patet quia si actus fit propter
bonum commune & policie tunc bene fit Si ꝓ
pter bonum priuatum tunc male fit. ¶ Secun
do sic omnis talis actus vel est conformis di-
ctami recte rationis vel non. Sed quomocũqȝ
dicatur est bonus vel malus igitur. maior pa-
tet a sufficienti diuisione. minor patet quia si
sit conformis recte rationi: tũc est bonus: si sit
difformis tunc est malus. ¶ Tertio sic quilibȝ
actus talis voluntatis vel fit propter bonuȝ ve
rum vel propter bonum apparens sed quõcũ-
qȝ dicatur aut est bonus aut malus ergo patet
maior quia voluntas non eligit malum sub ra
tione mali. Et minor probatur quia si sit circa
bonum est bonus moraliter si circa apparens
bonum vel existens bonũ & sic est bon⁹: si nõ
existens bonum: vel peccat ex ignorantia in-
uincibili & sic est bonus vel ex ignorantia supi
na & crassa & tunc est malus alicui. ¶ Opposi In opposi
tum arguitur sic non omnis actus voluntatis ẽ tum.
bonus vel mal⁹ moraliter ergo patet cõsequẽ-
tia ex terminis & añs patet quia leuare festu-
cam est actus voluntatis quia libere imperat̃
et tamen non est bonus vel malus moraliter.
Similiter patet de furiosis quorum actus non
sunt boni neqȝ mali moraliter. In questione
erunt duo articuli. In primo erunt notabilia
In secundo conclusiones. ¶ Quantum ad pri Primus ar
mum articulum. Primo notandum est qđ du- ticulus.
plex est actus voluntatis quidam est qui fit si- Primum
ne deliberatione preuia. alius est qui fit econ- notabile.
tra. ¶ Secundo notandum quod deliberatio Duplex est
sic describitur. est iudicium practicum intelle act⁹
ctus mediante quo consiliatur de agendis per Secunduȝ
nos & sic nõ est nisi iudicium rationis. ¶ Ter qđ sit
tio notandum est quod actus voluntatis quan deliberatio
do fiunt ex preuia deliberatione sunt du- Tertiũ sũt
plices quidam sunt ex deliberatione & ex duplices
arte sicut artifex faciendo cultellum et actus volũ
iste actus pertinet ad artem factiuam. Alii tatis.
sunt qui fiunt cũ deliberatione circa materiaȝ
virtutis & isti pertinent ad virtuosos qui deli-
berant cum quibusdam circunstantijs quali-
ter debet fieri aliquis actus. ¶ Quarto notan Quartum
dum est quod omnis actus voluntatis laudabi
lis presupponit iudicium complexum practi
cum ipsius intellectus. patet notabile quia nõ
est dubium quin oporteat quod anteq̃ aliquis
actus sit laudabilis vel vituperabilis ꝙ volun
tas se cõformet iudicio recte rationis id est re-
cto vel erroneo & secunduȝ hoc actus erit lau
dabilis vel vituperabilis. ¶ Quinto notanduȝ Quintum
est ꝙ licet posita voluntate efficaci circa actũ
imperatum & alio extrinseco impedimento
existente de necessitate producatur tamen il-
le actus exterior dicitur libere & contingen-
ter actus patet quia talis actus est nobis impu
tabilis ꝙ tunc non esset verum nisi iste actus
fieret libere & contingenter & totũ fũdamẽtũ
ẽ i hoc ꝙ licȝ act⁹ exterior de necessitate ꝓducat̃

Dubium. illo stante tamē ille actus efficax est libere pro
ductus elicitiue a voluntate. Sed hic est dubi
um. Vtrum act⁹ exterior maliciā vel bonitatē
addat ad actū iteriorem elicitū. Et arguit̄ ꝙ
sic act⁹ exterior seu iperatus cadit sub prece-
pto ergo ē bon⁹ vel mal⁹ moraliter quantum
est de se. coña pȝ de se & añs probat̄ qa ire ad
ecclesiā & ieiunare sūt act⁹ boni. ¶ Secūdo sic
nisi sic esset sequeretur qđ si essent duo quorū
vnus esset paup & alter diues habentes equa-
les act⁹ interiores & dātes vnū denariū quili-
bet equaliter premiaretur coñs est falsū quia
difficili⁹ est pauperi dare vnū denariū q̄ diuiti
pȝ coña satis. ¶ Tertio si sic eēt seq̄ret̄ ꝙ sine
actu exteriori ꝓsbiter volēdo cōficei vel con-
secrat̄ cōsecraret coñs ē fl̄m & patȝ coña de se.
Responsio Rn̄detur probabiliter ꝙ actus exterior quātū
est de se nō ē bonus vel malus moraliter. imo
habet bonitatem vel maliciam ab actu interi
ori. Ex quo sequitur ꝙ actus exteriores nullā
Ad rōnes Dubii culpam addūt neq̄ malicias actib⁹ iteriorib⁹.
¶ Et tunc ad rationes. Ad primā dr̄ ꝙ homo
non laudatur ꝓpter ieiunare extrinsecū sȝ ꝓ-
pter velle ieiunare. Et sic dicit̄ ꝓbabiliter ne-
gādo qđ ieiunare sit preceptū nisi sic ieiunare
sit ꝓueniēs ex bō velle. & sic dr̄ cōmuniter qđ
actus exterior bene addit maliciam penalem.
¶ Ad secūdā dr̄ qđ non obstante ipedimento
extrīseco nō ē ipossibile qa diues & paup ha-
bent actus equales exteriores vl̄ iteriores scili-
cet velle dare elimosinā. & tūc diues non plus
dat quā paup. Et dicitur notāter nō obstante
impedimēto extrinseco quia forsā diues apđ
se non haberet plus quam pauper. ¶ Ad ter-
tiā dicitur qđ hoc spectat ad aliā facultatē sci-
Secūd⁹ articulus licet ad theoricam et hoc de primo articulo.
Prima conclusio ¶ Quātū ad secūdū articulū. Sit prima cōclu-
sio aliqui sunt actus voluntatis qui non possūt
fieri sine deliberatione preuia ꝓbatur quia ali
qui sunt qui non possunt fieri sine iudicio pra
ctico ipsius intellectus vt cōsilium de agendis
ergo pȝ coña per quid nominis deliberatiōis.
Et añs probatur sicut esset de odio qa nō pos
Secunda set aliquis odire aliquē qui deliberet an sit bo
nū vel malum. ¶ Secunda conclusio non om
nis actus voluntatis factus cū deliberatione ē
bonus vel malus moraliter & scđm se ꝓbat̄ lo
quēdo de actu volūtatis iperato & ꝑfecto cuȝ
deliberatione preuia & ex arte. Naȝ artifex fa
ciendo bonū cultellū non facit bonum vel ma
lū moraliter: quia vn⁹ vicio sus faceret ita bene
vnū bonū cultellū. Ex quo seq̄t̄ ꝙ bonitas artis
Tertia stat cū malicia moris. ¶ Tertia cōclō n̄ oīs ac
tus volūtatis iperat⁹ ē bon⁹ vl̄ mal⁹ moraliter
Quarta pȝ de pueris vel de ebriis. ¶ Quarta cōclusio
omnis actus voluntatis cū deliberatione fact⁹
circa materiam virtutis est bonus vel malus
moraliter patet quia vel fit cum recto iudi-
cio vel non recto. Ex istis patet que sit differē
tia inter actum bonum & maluȝ actū moralē.
¶ Quinta conclusio omnis actus voluntatis Quinta
quem princeps habet circa rem publicam cū
preuia deliberatione & circa materiam virtu-
tum est bonus vel malus moraliter. patȝ quia
omnis talis ordinatur vel ad iusticiam qa vult
bonum policie. vel iniusticiam quia vult bo-
num priuatum & qualitercunq̄ sit vel est bo-
nus vel malus ergo conclusio est vera. ¶ Ad Ad rōnes questionis
rationes questionis Ad primam conceditur il
la si sit cum deliberatione & circa materiā vir
tutis & hoc concessum est. ¶ Ad secundam
dicitur quod est pro secunda & quinta con-
clusionibus. ¶ Ad tertiam dicitur eodem mō
¶ Ad rationem post oppositum dicitur ꝙ est
pro secunda conclusione.

¶ QVESTIO.XIX.



Q Verit̄ decimonono. Vtrum
lex cōtrapassi seu tallio-
nis si simpliciter iusta & i
cōtractib⁹ humanis lega
liter obseruāda. Et ar̄ pri Arguitur.
mo quod n̄ qa si sic seque
ret̄ ꝙ si priceps ꝑcuteret
seruū quod seruus posset licite percutere prin
cipē. coñs ē fl̄m & pȝ coña qa reddit eq̄le pro
equali & ꝑ coñs ibi est lex tallionis ¶ Scđo sic
si seru⁹ dominū ꝑcutiat seru⁹ n̄ punitur suffici
enter si princeps eū repercutiat & tamē sic fa-
ciēdo lex tallionis obseruat̄ ergo pȝ cōsequen
tia de se. & similiter maior qa seruus infert le
sionē seu lesurā ciuitati seu cōitati. & mior pa
tet qa seru⁹ recipiet tantū pro tanto. ¶ Tertio
sic si sint duo homines & vnus percutiat aliuȝ
volūtarie & ali⁹ ꝑcutiat inuolūtarie equaliter
tūc i tali percussiones sunt equales & tamē in
debite punirentur recipiēdo equalia ergo patȝ
coña & maior & minor nota est de se. ¶ Quar
to sic rōne philosophi nā si aliquis alteri oculū
eruat clarum est si oculus eius iterum eruere
tur esset pena tallionis qa tallio est contrapas-
sio & tamē n̄ iuste puniretur ergo patet conse-
quētia & maior de se. minor patet quia ille qui
prius oculū eruebat dupliciter peccauit. prio
quia iiuriam incepit. secundo quia alteri iniu
riā fecit & sic n̄ sufficiēter pūiret̄. ¶ Quito sic
si robust⁹ puerū vl̄ ifirmū ꝑcutiat & iterū ꝑcu-
tiat̄ ibi erit passio & tn̄ n̄ erit sufficiēs punitio
igr̄ maior pȝ de se & minor apparȝ qa robust⁹
prio deliquit. ¶ Sexto sic ꝑ legē tallionis non
repellebāt̄ iiurie ergo pȝ coña & añcedēs patȝ
in casu posito de erutione oculi alteri⁹. Nā ꝓ
pter hoc euellitur ocul⁹ alteri⁹ n̄ ꝓpter hoc re

In oppositum. leuabitur iniuria alterius. ¶ Oppositum argui tur primo sic illa lex est simpliciter iusta & inuiolabiliter obseruanda per quam legem cōmunicatio politica obseruatur & sine qua si cō seruatur sed lex tallionis est huiusmodi igitur maior patet ex terminis & minor patet quia per hoc ꝙ premium pro merito redditur & ꝓ demerito demeritum homines in transquillitate viuunt & in pace. ¶ Secundo sic vel ꝓ de merito seu vitio est retribuenda aliqua vindicta in cōmunicatione politica vel nō nō potest dici ꝙ non quia tunc infringer entur omnes leges sit ergo vel debet reddi equale pro equali et sic habetur intentum vel inequale & sic iniusticia modo dicit philosophus ꝙ omne iustum equale. ¶ Tertio sic quia in policijs bene ordinatis lex contrapassionis & tallionis bñ obseruatur: & hoc non esset nisi esset iusta ergo est iusta. In questione erunt duo articuli In primo erunt notabilia. In secundo conclusiones.

Prim' articulus. ¶ Quantum ad primum articulū. No tandum est ꝙ tallio seu contrapassio ē coequatio actionis & passionis seu retributio tāti pro tanto.

Primum notabile. qd sit tallio

Secundū. ¶ Secundo notandum est commensuratio in tali retributione duplex potest esse adequatio. vno modo secundum proportionem arismetricam alio modo secundum proportionem geometricam.

Tertium. ¶ Tertio notandū est ꝙ commensuratio in talibus secundū proportionem arismetricam est quando quātitas agentis est tanta quanta est quantitas patientis vel econtra. Sed proportio geometrica ē ꝓportio actionis & passionis sicut persone ad ꝑsonam quibus infertur passio vnde si seru⁹ per cuteret principem & iterum percuteretur tūc ibi est proportio arismetrica.

Quartum ¶ Quarto notādum est ꝙ circunstantie quibus attribuuntur passio vel actio sunt multum attendende i talibus quia circunstantie multū aggrauāt peccatū.

Secūd' articulus. ¶ Quātū ad scd̄m articulum. Sit prīa cōclusio lex tallionis seu contrapassi non est vniuersaliter seruanda secundum proportionem arismetricam. patet satis ratio per vnam rationem ante oppositū quia si dominus daret vnā alapam seruo suo & quod iterum seruus det vnam alapam domino ista lex non est obseruanda & tamen est lex contrapassi.

Prima cō clusio.

Secunda. ¶ Secūda conclusio lex contrapassi seu tallionis secūdū proportionem geometricam in contractibus legitimis est vniuersaliter obseruanda. pz qa in contractibus humanis ita debet esse quod actioni debet secundum proportionem ꝓportionari passio sicut persona ad personam. Itē pz qa scd̄m rationem factam ante oppositū vl' debet fieri vindicta vel non. nō tamē diciturꝙ sit seruanda secundum proportionem arismetricam & geometricam simul & hoc quando contingunt esse essentiales personas & quādo proportiones se concomittantur

Tertia ¶ Tertia cō clusio lex tallionis seu contrapassi maxie debet exerceri delectatione lesi quantum ē possibile patz conclusio satis ex quid nominis cōtrapassi quasi iterum passio.

Dubitatio ¶ Sed tunc dubitatur quia si vnus interficiat principem et alter garcionem tunc vterꝙ punietur equaliter quia vterꝙ morietur & tamen vnus peccat magis ꝙ̄ alter

Rñsio. Respondetur quod in tali casu equaliter punirentur tamen si esset pena possibilis maior vltra mortem illa daretur illi qui interficit principem.

Ad rōnes ¶ Ad rationes. Ad primam dicitur quod arguitur pro dictis in prima conclusione & similiter omnes alie arguunt pro dictis quia arguūt quod talis lex nō sit obseruāda secundum proportionem arismetricam Ratio post oppositum est pro dictis i scd̄a conclusione.

¶ QVESTIO. XX.

Queritur. xx. Vtrum virtuose viuentes & similiter ciuiliter quandoꝙ debeant verecundari.

Arguitur. Et arguitur. ꝙ sic Nam verecundia ē virtus igitur. patz cōsequentia & añs probatur quia propter verecundiam verecundus laudatur patet quia ꝓpter nichil aliud laudatur nisi propter virtutē Et antecedens patet per philosophum quarto ethicorum dicentem verecundos iuuenes laudare consueuimus. Secundo probatur idē antecedens quia inuerecundia est vicium ergo patet consequentia & antecedens probaē quia homines inuerecundos vituperamus ergo. Item probatur idem antecedens quod verecundia sit virtus moralis quia est inter duo extrema viciosa ergo patet consequentia quia dicitur secundo ethicorum quod i medio cōsistit virtus & añs ꝓbaē quia contingit magis verecūdari quā oportet & cōtingit verecūdari vbi quādo quō & qualiter oportet & sic de alijs circūstantijs. ¶ Secundo principaliter arguitur sic holes qui sūt i malicia sup habundātes nunꝙ̄ verecūdātur. pz cōsīa quia cōtrariorū effectus debēt eē cōtrarij & antecedens patet p experiētiā qa tales sūt effrenati. ¶ Tertio sic nam sicut habetur secūdo rethorice homines non solum erubescūt vicia sed etiam signa viciorū idest non solū verecundanē ꝓpter vicia sed etiā ꝓpter signa viciorū mō i virtuosis pñt apparere signa viciorū vel forte qa añtes male capiunt vel quia i eis generatur vicium. Quarto sic nā verecundia est timor ingloriationis sed timor reptitur aliqñ i virtuosis ergo pz maior per diffinitionem verecūdie & minor patet qa virtuosus debz studere ne patiaē igloriationem & confusionem vel ꝓpter

In opposi tum

facta aicorũ vł ꝑpter facta sua ꝑpria. ¶Op positũ ē de itẽtione philosophi quarto huius dicẽtis ꝙ studiosi nõ debẽt verecũdari. In que stione erũt duo articuli. In primo erũt notabi lia. In secũdo cõclusiones. ¶Quãtũ ad primũ articulũ. Primo notãdũ ē qđ sicut habeť quar to ethicorũ verecũdia sic describiť. Est timor igloriationis & confusionis. Ex quo sequitur ꝙ ille proprie verecũdatur qui timet incurre re ingloriationẽ de operib⁹ suis. ¶Secũdo no tandũ est qđ homines cõiter de tribus solent verecũdari Primo propter suorum actuũ tur pidinẽ. Secũdo ꝑpter honorẽ & glorie priua tionem. Tertio ꝑpter cõfusionẽ sequentẽ su os actus proprios turpes. ¶Tertio notandus est ꝙ verecundia capitur tripliciter. vno mo do pro quadã naturali inclinatione ad timo rẽ igloriationis & sic puer dormiens est verecũ dus. Secundo modo pro passione cõsequente ad talẽ inclinationẽ & sic iuuenis qñq₃ repre hẽdiť de suis actibus de quibus verecũdatur. Tertio mõ capitur. ꝑ cõfusione quam homo incurrit propter deprehensionem in suis acti bus turpib⁹ & in proposito capitur ꝑ passiõe ꝑprie seu actu consequẽte ad inclinationem.

Primus articulus

Primum notabile diffinitio verecũdie.

Secundus de trib⁹ so lent hoies verecũdari

Tertiũ tri pliciter ca piť verecũ dia.

Quartum differentia virtuosi et viciosi

¶Quarto notãdũ ē qđ i hoc ē differẽtia inter viciosũ & virtuosũ quia virtuosus plus timet ꝑprij act⁹ turpitudinẽ q̃ de ꝑhensione₃ ipi⁹ in suo actu turpi. sed vicioso ẽ ꝑ oppositũ qa pl⁹ timet ꝑpter deprehensionẽ hois i suo actu tur pi quã actũ suũ turpẽ. ¶Quito notãdũ est ꝙ nulla dispositio seu cõditio q̃ repeɾiť in iuue nili etate frequẽti⁹ q̃ i senili etate ẽ virtus mo ralis. pȝ hoc satis ex intentione philosophi pri mo ethicorum vbi dicit qđ iuuenes nõ sũt suf ficientes auditores moralis scientie. quia sunt inexperti de actibus hũanis. quia itellexit quo ad finẽ h⁹ sciẽtie q̃ ẽ facere auditorẽ moraliter virtuosũ modo iuuenes nõ sũt adhuc virtuosi.

Quintum

¶Sexto notãdũ ẽ ꝙ licet i actibus q̃ sũt mali de se contingat agere plus q̃ oportet & deffice re plus q̃ oportet: tñ in illis nũq̃ cõtingit opera ri sicut oportet & virtuose vt contingit furari pl⁹ q̃ oportet & minus q̃ ops & tamẽ non con tingit furari vt oportet & hoc de prio. ¶Quã tum ad secũdũ articulũ. Sit prima conclusio virtuosi bñ viuentes & moraliter & ciuiliter in nullo cãu debẽt verecundari. Probatur qa in nullo cãu tales virtuosi dñt fecere aliquem actũ turpẽ ꝑpter quẽ debẽt verecũdari patet coña & añs ꝑbatur qa verecũdia ẽ timor iglo riationis ꝑpter actus turpitudinẽ & talis act⁹ non repeɾiť i virtuoso. Secundo sic ille q̃ ve recundatur plus timet reprehensionem q̃ actus purpitudinem sed virtuosus est econtra ergo atet consequentia Et añs est notum ex

Sextum.

Secundus articulus Prima conclusio

vno notabili pri⁹ posito. Tertio sic ille q̃ verecũ dať abstinȝ ab actibus pure ciuilib⁹ ȝ virtuo sus nõ est huiusmodi igiť. maior pȝ de se quia hoc facit ꝑpter timorẽ seruilẽ iuxta hoc ode rũt peccare mali formidine pene. Et minor pȝ quia oderũt peccare boni virtutis amore. ¶Secũda cõclusio verecũdia nõ est virt⁹ mo ralis. ꝑbať qa est passio ergo pȝ coña ꝑ phũm qui assignat differẽtiã iter eas & añs pȝ ꝑ diffi nitionẽ verecũdie. Scđo qa ꝑpter verecũdiaȝ fit mutatio i corpre: & tñ nũq̃ ꝑpter virtutẽ in corpe repeɾiť mutatio. Tertio sic verecundia nõ repeɾiť in viris pfectis i tẽ verecũdia magis repeɾiť in iuuenib⁹ q̃ i senib⁹ ergo pȝ conse quẽtia & añs similiter. ¶Ad rationes q̃stiõis Ad primã negeť añs. Ad ꝑbationẽ cũ dr qđ ꝑpter verecundiã laudamus negatur hoc de viro pfecte etatis quia ille nõ dȝ aliquẽ actum faceɾ ꝑpter quẽ debeat verecũdari ¶Ad scdaȝ ꝑbationẽ dicitur. quando dicitur qđ contin git plus verecũdari q̃ ops negetur añs & hoc lo quẽdo de homine existẽte i etate virili. ¶Ad secũdam rõnẽ principalem negetur añs & eti am pȝ cõsequẽtia. quia tales homines q̃ sunt bonitatis suphabundãtes non debẽt faceɾ ac tum ꝑpter quẽ debeãt verecundari & auctori tas illa nõ ẽ vniuersaliter vera vt pȝ de albedi ne & nigredine quãtus ad mitudinẽ suarum specierũ i medio q̃ spẽs nõ sunt cõtrarie quia sunt simul i medio adequate. ¶Ad tertiam qñ dr tertio rethorice homines non solũ. &c. cõcediť illa & dr qđ nũq̃ virtuos⁹ actiue i ꝑpa i tẽtione dat signũ mali. quia si virtuos⁹ det eli mosinã aliq ꝑ fictione parere illã & male iterꝑtari ȝ hoc nõ ẽ actiue i eo. ¶Ad quartũ cõceditur loquẽdo de turpitudine q̃ venit ex ꝑprijs acti bus & qñ dr virtuosi timẽt. &c. dicitur ꝙ ille ti mor nõ est verecũdia quia non ẽ propter tur pitudinẽ ꝑpriorũ actuũ. ¶Ratio post oppo situm ẽ pro dictis. ¶QVESTIO.XXI.

Secunda

Ad rões questionis

Queritur. xxi. & vltimo. Vtrũ i bono re gimine policie aicitia sit preferen da iusticie. Ar ꝙ ñ qa bonũ cõmu ne ẽ ꝑferẽdũ bono priuato. sed amicitia ẽ bo nũ priuatũ & iusticia est bonũ cõe igitur. pȝ coña & maior primo huius minor pȝ ꝑ phi losophũ octauo ethicorũ dicẽtẽ ꝙ iusticia est ad multos & ix. ethicorum ꝙ amicicia est so lum ad vnũ. ¶Secundo sic iusticia ẽ preclari sima virtutum ergo patet coña & añs probať per phũm. v. ethicorum dicentem ꝙ ꝑclari sima virtutum est iusticia & neq₃ lucifer neq₃ hesperus ita admirabilis. ¶Tertio sic veritas est amicitie preferenda ergo & iusticia erit ai citie preferenda patet consequentia quia iu sticia est quedã veritas vt pȝ quinto ethicorũ

Arguitur.

Et añs ꝓbatur p phñm primo ethicorũ dicentē q̄ duob⁹ existētib⁹ aicis sanctũ ē ꝑhonorare veritatē. ¶ Quarto sic iusticia precipit secundũ oēm virtutē viuere & ꝓhibet omnē maliciam igr̃ p₃ coña qa amicitia nõ habet tãtã prerogatiuã & añs p₃ per phñm quito ethicoru₃ vbi ista expresse ponit ĩ forma. ¶ Quinto sic iusticia est virt⁹ cardinalis & aicitia ñ ē virtus cardinalis igr̃. p₃ coña & maior p senecã ĩ suo libello de quattuor virtutibus. minor p₃ quia sũt quattuor virtutes cardinales vt p₃ in eodē libello. ¶ Sexto sic iusticia ē aicitia igr̃ p₃ consequētia & añs p mltos qui ita credũt. ¶ Septimo sic illud ē ꝑ ferēdũ sine quo ñ ꝑt esse cõuictus humanus seu ciuilis: sed sine iusticia non ꝑt esse cõuictus humanus: & sine amicitia potest ergo p₃ coña & maior ex terminis & minor p₃ p phñm prio hui⁹ dicentē: q̄ hõ separat⁹ a iusticia est pessimũ aialiũ & scđo huius dicit q̄ hõ sine iusticia omni bestia ē peior s₃ q̄ possit esse cõuict⁹ human⁹ sine amicitia. p₃ per tulliũ dicentē operosũ oēs homines amicos facer̃ & sic ñ est de necessitate s₃ solũ de bñ esse. ¶ Octauo sic oppositũ iusticie est multũ pei⁹ q̄ oppositũ aicitie igr̃ coña p₃ & añs na₃ seuissia est iusticia ferens arma & oppositum amicitie ē in aicitia & homines citi⁹ expellũt iiusticiã q̄ iimicitiã ergo. ¶ Oppositũ arguit̃ per tulliũ ĩ libro de amicitia dicētē hortarivos possũ vt aicitiã oib⁹ bonis añ ponatis & sequit̃ nihil est ita ꝓsperũ in aduersis sicut amicitia. Secũdo ꝓbat̃ p cõditiones quas ponit philosophus ĩ isto quito & ĩ octauo ethicorum. Prima est nã aicitia est ad vitam necessaria. Secũda prerogantiua est quia nullus sine aicis eligeret viuere habens reliqua oĩa bona. Tertia conditio nam in quolibet statu siue iuuenili siue senili homo amicis indiget. Quarta est q̄ amicitia generat omnes beniuolos & ciuiles naturaliter vnde homo est animal ciuile & politicũ a natura & amabile vt patet primo hui⁹ ergo si non sit amicabilis non est communicabilis nec ciuilis. Quinta conditio q̄ legislatos in policia bona plus amat homines esse amicos q̄ iustos & causa est vt dicit philosophus si in policia omnes homines essent amici non indigerent iusticia & si omnes essent iusti adhuc idigerent amicitia. Tertio sic nam collatio boni est delectabilior liberalior & placentior q̄ prohibitio mali. sed prepter iusticiam malu₃ prohibetur & per amicitiam bonum tribuit̃ ergo patet coña & añs similiter. Quarto sic cõcordia naturalis & pax ē mlto melior q̄ cõcordia violēta. s₃ p aicitiã hẽt̃ cõcordia naturalis sine hoc q̄ fit violenta ergo coña ē nota & añs similiter. ¶ Quinto sic nã amicitia habet cõseruare & iusticia destruere ergo patet cõsequentia & antecedens pro prla pte q₃ sicut iusticia currumpit materiam sic amicitia vnit.

In opposi tum.

Cõditiões amicitie

Pro secunda parte patet de iusticia punitiua In questione erunt duo articuli. in prio videbuntur aliqua. scilicet vtrum plus peccat ille qui rem substrahit domino sciente vel non In secundo videbitur vtrum amicitia sit virt⁹. In tertio respondebitur ad quesitum. ¶ Quãtu₃ ad primum articulum primo notandum est quod iusticia sic describit̃. Iusticia est habit⁹ scđ₃ que hoĩes sũt opatiui iustorũ & opãt̃ iusta & volũt iusta. Et ĩ ista diffinitione tria icludũt̃ scđ₃ qđ ad virtute₃ moralē tria requirũtur Primo requiritur naturalis inclinatio & hoc tãgitur ibi operatiui. Secundo requiritur quod talis operetur secundum virtutem illã quotiensc̃ũq₃ materia occurrit & hoc tangitur ibi operantur iusta. Tertio requiritur q̄ talis voluntarie agat actum suum. ¶ Secundo notandũ est quod duplex est iusticia. quedam est vniuersalis idem tota virtus et intelligitur qđ ad ipsam concurrit aggreratio omnium virtutu₃ Alia est iusticia particularis que est vnus simplex habitus de qua dicit philosophus quinto ethicorum quod non omnis virtus est iusticia et hoc est verum secundu₃ rem. ¶ Tertio notandum est quod quelibet virtus moralis habet duas prerogatiuas. Prima est secundum quã perficit habentes. Secunda ē secũdũ quã proficit alteri & ideo dicitur secundo ethicorum q̄ virtus est que habentem perficit & ei⁹ opus bonum reddit Et isto modo dicitur qđ quelibet virtus moralis secundum alterũ isto ru₃ considerata est iusticia partialis et ob hoc dicit philophus quod quelibet virtus secundum rem est iusticia. ¶ Quarto notandum est q̄ duplex est iusticia simplex. quedam est distributiua. alia est commutatiua. Et est triplex differentia inter istas duas quia iusticia distributiua est distributiua dignitatum sed alia consistit in commutationibus scilicet quando equale datur pro equali. Secunda differentia est quia iusticia distributiua est superioris. sed alia est inter personas equales. Tertia differentia est quia iusticia distributiua fit secundum proportionem arismetricam et alia fit secundum proportionem geometricã Quĩto notãdũ ē q̄ iusticia cõmutatia variatur scđ₃ varias & diuersas cõmutatiões. vñ cõmutatio ē duplex nam q̄dã ē volũtaria & ĩ qñ vtraq₃ ps cõsētit. alĩa ē ñ volũtaria & ē qñ vna pars in tali cõtractu recte non consentit. & est duplex nam quedam fit per ignorantia₃. alia fit per violentiam. Per ignorantiam vt furtiu₃ per violentiam vt quando aliq̃s cogit̃ cõsētire.

Prim⁹ articulus

Primum notabile.

Descriptio Iusticie

Tria requirunt̃ ad virtutē moralem

Secundu₃ notabile. duplex ē iusticia

Tertiũ q̄lib₃ virt⁹ h₃ duas prerogatiuas

Quartũ duplex ē iusticia simplex

Triplex differētia inter distributiuã & cõmutatiuã iusticiam.

Quintum notabile. Duplex cõmutatio. Duplex nõ voluntaria

Sextus nõ bile sex sũt species iusticie cõmutatiue qd emptio

alicui cõtractui. ¶ Sexto notãdũ ẽq; sicut col ligitur ex dictis philosophi quinto ethicorũ sex sũt species iusticie cõmutatiue:scʒ emptio vinditio/depositio consensio. Alie due sunt plenaria volitio & plenaria cõlẽtio Emptio est quando tantuʒ ꝓ tanto datur/& in conces sionem vsus mutaẽ/dominiũ aũt nõ. in depo sitione autẽ vtrũq; mutatur.

Dubium

¶ Sed circa hoc est dubium. qs plꝰ peccat/aut ille qui reʒ sub strahit dño ignorante vt i furto aut qui rẽ sub strahit dño nõ ignorãte vt per rapinã

Arguitur.

¶ Ar guitur q; plus qui domino ignorante rem sub strahit/quia furtum est peius rapina ergo. Pa tet consequentia. Et antecedens probatur tri pliciter. primo quia per furta infertur nocu mentum pluribus q̃ per rapinam: ergo. Patet consequentia. quia vitium q̃to est deterius tã to est fugibilius. & añs probaẽ quia per fur tum inferẽ nocumentum taʒ diuitibus q̃ pau peribus/sed per rapinam solum in potẽtibus & debilibꝰ. Scdo patet idẽ antecedẽs. Nã ho mo plus verecũdatur de furto q̃ de rapina er/ go Patet consequentia. quia verecundia ẽ de turpi actu antecedẽs notum est. Tertio ꝓba tur idem antecedens Nam furtum fit cũ dolo & fraude: sed rapina nõ igitur. patet cõsequẽ tia. & añs notum est. quia furtum fit cuʒ dolo sine scientia domini.

In opposi tum.

¶ Oppositum arguitur. Nam per rapinam homo pluribus modis in iuriatur q̃ per furtum igitur. Patet consequẽ tia. & añs. nam per rapinam capiẽ res aliena: & hoc modo violẽtia domino inferẽ: sed per furtum non fit violentia domio licʒ capiẽ alie num quia dñs ignorat. & etiam nõ infert dño rei violentiã.

Primum notabile aliquid di citur inuo luntarium dupliciter.

¶ Pro intellectu huius sciendũ est quod aliquid potest dici dupliciter inuolũ tarium vel inuite Vno modo implicite. Alio modo explicite. Implicite quia licet talis ho mo hoc velit tamen si sciret non esse possibi le non vellet. Explicite. quia licet hoc sit notũ

Secundus

tali: tamen ꝓpter actuʒ nocendi non se cõfor mat. ¶ Secundo notandum est q; ceteris pa ribus vitium quãto pluribus prebet occasio

Tertium

nem ruine & scandali/tanto est deterius. Patʒ de se. ¶ Tercio notãdum est q; licet in furto dolus & fraus committantur: tamen non in fertur alteri iniuria expresse seu explicite nec dolus quantum est ad hoc voluntarius.

Prima cõ clusio

¶ His positis ponitur conclusio. ¶ Prima conclusio qui rem alterius substrahit per vio lentiam plus peccat q̃ qui per furtum. Proba/ tur quia in rapina pluribus infertur nocumẽ tum q̃ per furtum igitur Patʒ consequẽtia ex dictis. Et antecedens patʒ quia tantum fit no/ cumentum in rapina sicut in furto & cuʒ hoc plus. Itẽ quia vt in pluribus est occasio ruine & scandali: igitur antecedens apparet ex pre dictis.

Ad rõnes.

¶ Et tunc ad rationes. ¶ Ad primam quando dicitur. Furtus est deterius &c. nega tur Ad probationem. quando dicitur pluribꝰ infertur nocumentum. negatur antecedens. Et dicitur q; homo per furtum pluribus pos set rem substrehere: tamen per furtum non tã tum peccat: sicut per rapinaʒ: & sic fur non cu rat de potentibus vel impotentibus & sic so lum est illud de peraccidens quia non peccat explicite contra dominum. ¶ Ad secundam partem quando dicitur homines plus verecũ danturper furtuʒ q̃ per rapinam. conceditur antece dens/& negatur consequentia. Et ad probationem dicitur q; licet homines plꝰ ve recundantur hoc tamen est propter turpitudĩ nem modi procedenti: sed non quia pluribꝰ iniuriatur. Ad terciam probationem cum di citur furtum fit cum dolo & fraude concedit & dicit q; iniurie & fraudes illate dño rei in ra pina ꝑponderãt dolo & fraude cõmissis in fur to: quia in tali dolo nõ dat aliis occasioneʒ rui ne & scandali. In rapina auteʒ est substractor ruine scandali & displicentie domini & vilipẽ sionis & multorum aliorũ malorũ.

Dubium Arguitur.

¶ Sed hic dubitatur. Vtrum in aliquo tali casu furtum ẽ licitum/ Arguitur q; sic. quia aliquis in neces sitate constitutus potest furari paneʒ vel aliqd aliud ad nutriendum se ¶ Scdo furtuʒ non ẽ de se malum igiẽ licite posset fieri. patʒ conse quentia. Et añs probaẽ. quia preceptum fuit pueris in egipto vt furarẽtur vasa aurea egip tiis. ¶ Tertio sic. de duobus malis minus ma lũ est eligendum & maius fugienduʒ: sed me

Notabile triplex est actus hũa nus

lius est furari q̃ homicidiũ. igitur. Pro isto du bio notandum est q; triplex est actus huma nus: quidam est de se bonus. alius de se malꝰ tertius est in differens: actus qui de se ẽ bonus non potest fieri male: sed actus alius non po test fieri bene: tercius bene & male potest fie & circa tales sunt virtutes. Vnde furtuʒ de ra tione sui est malum.

In opposi tum

¶ Oppositum est lex & iura: hiis notatis. Sit prima conclusio. In nullo casu licitum est furari. patet quia furati est de se malum.

Ad rõnes dubii

¶ A rationes. Ad primam negaẽ añs. quia tũc talis nõ rapet rem alienã. Ex hiis sequitur q; homo constitutus in ne cessitate de illis que pertinent ad vite necessi tatem non potest committere furtum. ¶ Ad secundam dicitur q; non fuit furtũ nec capitur ibi furtũ ꝓprie sʒ capiẽ iproprie scʒ ꝓ capere rẽ alienaʒ inuite appenter dño & non existente ¶ Vnde dicitur q; illi qui habebant vasa non erat domini vasorum. ¶ Et aliqui volunt super isto dicere. q; quãdo aliquis ho mo peccat mortaliter perdit omnia bona.

¶ Ad terciam conceditur ad illum sensuȝ ꝙ maius malum est magis fugiendũ vbi minus non potest euitari. Et qnando dicitur. In casu minus malum est furari q̄ homicidium. Dicitur ꝙ in tali casu. si homo esset obligatꝰ ad vitium faciendum quod tunc non esset furtum nisi in casu postq̄ fecerit habeat complacentiam in tali furto commisso: & sic non multum peccat: si nõ consentiat. postea si sit obligatus facere tunc proprie ibi nõ est furtum.

Secundus articulus. dubia

¶ Quantum ad secundum articulum videbitur vtrum possibile sit inter solos virtuosos ẽ amicitia. In secundo videbitur vtrum oĩa bona amicorum debeant esse communia

Arguitur.

¶ Primo contra primum arguitur sic. Inter vitiosos est beniuolentia mutua & manifesta igiꝛ Consequentia ẽ nota ex terminis. Antecedẽs patet. Nam visum est inter vitiosos esse beniuolentiã manifestam: sic ꝙ maius bonum alterius volebat ¶ Secũdo effectus amicitie reperitur inter vitiosos hoĩes igiꝛ &c. patȝ cõña eo ꝙ vbicunq꜒ reperiꝛ propriꝰ effectus alicuius cause et causa etiaȝ repiꝛ. Antecedens ẽt satis patet qm̃ ꝓprij effectus amicitie sunt cõuiuere & delectari/ & voluntatẽ suam diuine voluntati conformare &c. Modo notum ẽ ꝙ omnia illa inter amasium & amasiaȝ repiunꝛ. ¶ Tertio sic. Inter bonos & malos repiꝛ iustũ ergo consequentia patet per philosophũ .vi. ethicorum dicentem ꝙ inter quoscõq꜒ repiꝛ iustum inter illos reperitur amicitia. Antecedens patȝ qa in omni cõicatione iusticia ẽ necessaria.

In oppositum.

¶ Oppositum est de intentione philosophi sexto ethicorum: & etiaȝ de intẽtiõe Tullii in lib. suo de amicitia. Etiam ex intentione Seuece in epistolis multis.

Primum notabile.

¶ Pro quo notãdũ ẽ ꝙ si vtamur istis terminis amicitia & amor proprie tunc se habent adinuicem sicut superius & inferius nam amor ẽ indifferenter tam ad res animatas q̄ inanimatas sed amicitia est inter res aĩatas soluȝ ergo omnis amicitia est amor & non ecõtra

Secundum notabile. tres cõditiones ad amicitiã requiruntur.

¶ Secundo notandum ẽ ꝙ ad bonam amicitiã requiruꝛ tres cõditiones. prima est inter amicos tales sit beniuolẽtia videlȝ amicꝰ debȝ velle amico bona & propter hoc dicimus nec ad vnam rem inanimatam nec ad aliaȝ rem esse amicitiam: quia res inanimata non vult aliqđ bonum. secundo requiritur redamatio inter illos duos amicos. Vnde si fortes diligeret iohannem per se & non econtra scilicet ꝙ fortes non diligeretur ab ipso ibi nõ est amicitia: tertia conditio est. ꝙ ibi sit manifestatio: scȝ ꝙ amor vnius sit manifestus alteri & econtra. Vnde licet beniuolentia sit ad hoĩes ignotos tamen inter illos non ẽ amicitia. Ex istis patȝ

Diffinitio amicitie

diffinitio amicitie. Amicitia ẽ amor beniuolus mutuꝰ & manifestus

Tercium triplex ẽ amicitia

¶ Tertio notanduȝ est. ꝙ vtendo hoc nomine amicitia communiter triplex est amicitia: scilicet ꝓpter bonũ vtile ꝓpter delectabile & ꝓpter honestũ. Vnde licet sit aliquod delectabile bonum & vtile siue honestum: illud tamẽ nõ est ꝓprie amor siue amicitia cum idem posset esse bonuȝ vtile/ delectabile & honestũ scȝ virtus.

Pria conclusio

¶ Prima conclusio Loquendo de bono vtili siue delectabili ꝓvt distinguitur contra bonũ honestũ realiter possibile est esse amicitiam inter malos/ etiã ꝓpter bonum delectabile. Appet clare. Vnde non est dubium quin inter viuentes vitiose reperiatur amicitia ꝓpter bonũ delectabile.

Secunda Conclusio

¶ Secunda conclusio. Loquendo de amicitia que est bonuȝ honestũ inter solos virtuosos est amicitia. Patȝ satis conclusio. quia amicitia ẽ propter bonuȝ honestũ & amicitia simpliciter & illa inter simpliciter bonos repitur.

Tercia cõclusio

¶ Tertia conclusio que sequitur est hec micitia est virtus moralis vel ipsa non est sine virtute morali. Apparet per terciam cõclusionẽ

Notabile dupliciꝛ capitur amicitia

¶ Pro illo notanduȝ est ꝙ amicia capiꝛ dupliciter. Vno modõ ꝓ quadã passione opposita odio: & sic non est virtꝰ moralis. Scđo ꝓ quodam habitu inclinatiuo vel inclinante ad beniuolẽtiã mutuã & manifestã/ & sic capiꝛ in ꝓposito & in conclusione.

Ad rõnes dubii.

¶ Ad rõnes istiꝰ dubii. quãdo dr̄ ꝙ iter malos repiꝛ amicitia. negaꝛ añs. Ad ꝓbationẽ negaꝛ ꝙ vnus velit alteri bonũ: qa lȝ velit alteri bonũ vtile vl' bonũ delectabile: nõ tñ sequiꝛ ꝙ illi velit bonũ simpliciter vt hic sumiꝛ: sed solum bonũ scđȝ qđ. ¶ Ad secundã concediꝛ illa loquẽdo de amicitia scđȝ qd: sȝ vt hic sumitur negaꝛ. Ad ꝓbationem cõcediꝛ.

Notabile duplex est delectabiliter viuere

¶ Pro isto notandũ est ꝙ duplex est delectabiliter viuere quoddã est delectabiliter viuere loquẽdo de delectatiõe simpliciter dicta/ & isto modo negatur ꝙ repiaꝛ inter malos delectabiliter viuere. Aliã ẽ delectatio scđȝ quid & sic delectabiliter viuere repiꝛ iter vitiosos. ¶ Ad terciã cõcediꝛ illa loquendo de iuste punitio: sed negaꝛ cõsequẽtia loquẽdo de amicitia simpľr. vñ sicut iustũ qñq꜒ sumiꝛ methaphorice: sic ẽt amicitia capiꝛ methaphorice. Vñ iter raptores qñq꜒ diuidiꝛ rapina & ibi repiꝛ rapina bene: scȝ rapina nõ simpliciter sȝ scđȝ qd sic amicitia repiꝛ iter vitiosos nõ simpliciter: sȝ scđȝ quid.

Secundum dubium. Arguitur.

¶ De scđo dubio ẽ videndũ vtrũ oĩa bõa amicorũ debeant eẽ cõia/ ¶ Et arguiꝛ ꝙ nõ quia inter principẽ & seruũ ẽ amicitia & tñ bona illoꝝ nõ sũt cõia igr̄ cõña est nota & maior ptȝ quia manifestũ est ꝙ si omnia bona principis essẽt cõia nõ esset ratio quare princeps plꝰ principareꝛ

seruis q̃ e contra scilicet seruus principi. ¶Secundo illud non est ponendus per quod amicitia frequenter corrumperetur: sed p hoc q̄ bona amicorum essent cōia amicitia corrumperetur: ergo non est licitum: ergo &c. Consequentia p3 Et maior & minor. quia forsā vnus esset magis negligens q̃ alius: & sic oriret̄ lis: & dissolueretur amicitia. ¶Oppositum pats per illa que tractantur in.vi.& viii. ethicorum & per Tullium & Senecam dicentes q̄ amicus est alter ipse. ¶Primo notandum ē q̄ serui sunt & dicuntur sex modis quidā sunt p naturam quidam p violentiā quidā per indigentiam: quidā per maliciā: quidā per denoiationem extrinsecā: quidā per beniuolentiā Vnde serui per naturam sunt illi qui licet corpore sint robusti: tamen industria capacitate & subtilitate ingenij deficiunt siue intellectu sicut pats in principio huius libri Domini sūt qui corporibus sunt debiles tamen industria capacitate & intellectu sunt florentes & sic inter dominos & seruos suos reperitur amicitia vera Serui per beniuolentiam sunt illi qui licq quo ad mores sunt aliis equalēs verūtñ pter bēiuolentiā & begninitatē volunt alijs famulari: & inter tales seruos & domios suos ē vera amicitia. Sed serui per indigentiā sūt illi q vt succurrant sue paupertati aliis ditioribus famulant̄ a quibus recipiunt emolimenta per que vita eorum sustentatur: & inter tales seruos & dños suos est bñ amicitia Sed serui per maliciā sūt boles mali qui famulantur aliis vt habeant delectationē male agendi: s3 domini eis correspōdentes sunt illi qui ex vocatis nobilibus pcreantur & clarum est q̄ secūdu3 veritatē q̄nq̄ stat q̄ serui scdm denoiationē sint meliores q̃ dñi eis corresspondētes. Sed alii sunt serui per violentiā: scilicet quando vnus per alium compellitur alteri famulari & tales serui sunt frequēter boni sed inter tales & dominos suos eis correspondētes nō reperitur vera amicitia. ¶Secundo notandum est q̄ bona amicorum sūt duplicia. qdā sunt intrinseca. qdā extrinseca. Intrinseca. sūt duplicia: scilicet bona anime & bōa corporis vt robur & sanitas. Bona extrinseca sunt sicut diuicie & bona fortune. ¶Tertio notandu3 ē q̄ dubium dupliciter intelligitur. Vno mō per pticipationem. Alio modo per auctoritatem ¶Quarto notandum est q̄ dubium pōt adhuc dupliciter intelligi. Vno modo quo ad vsum Alio modo quo ad dominium ¶Prima conclusio Loquēdo de bonis interioribus amicorum illa bona debent esse communia ad istum sensu3 q̄ amicus debet velle q̄ amicus eius habeat tanta bona sicut ipse P3 quia verus amicus debet se amico conformari/ sic q̄ ipsorum idem debet esse nolle & velle. ¶Secunda conclusio Loquēdo de bonis exterioribus amicorum bona debent esse communia quo ad vsum: patet clare & hoc verus est quo ad pticipationem. ¶Tertia cōclusio Loquendo de bonis extrinsecis amicorū: bona non debent esse communia quo ad dominium. Ista conclusio probatur per quarta3 rationem in principio huius articuli. Patet etiā quia tale dominium potest esse causa dissentionis & destructionis talis amicitie. ¶Ad rationes istius dubii. Ad primam quando dicitur. Inter dominum & seruum est amicitia. negatur illa loquendo de seruis propter maliciam & de domino sibi correspondente sed de aliis seruis bene concedit̄. tamen hoc non obstante bona amicorum sunt bene communia quo ad vsum ¶Quantum ad tertium articulum. Respondendum est ad questionem de comparatione iusticie & amicitie & vt responsio melius videatur tria videbuntur. Primo videbitur vtrum pprius actus iusticie sit alteri tribuere quod suum est secundo videbitur vtrū iusticia sit principalissima virtus. Tertio erunt conclusiones de quesito.

¶Primo arguitur q̄ non quia dicit August. quartodecio de trinitate. ad iusticia3 subuenire ptinet miseris Mō ibi non tribuim⁹ miseris quod suum ē immo quod nostrū igit̄. Pats consequētia & maior in loco allegato. Minor nota est. quia nuq̄ sit subuentio miseris de bonis pprijs eorum. ¶Secundo sic ad iusticiā non solū ptinet res dispensare debito modo: sed etiam actiones vitiosas corrigere: sed distribuere alteri quod suum est pertinet ad dispensare res ergo. ¶Tertio sic Nam Tullius dicit primo de officiis. iusticia qua3 liberalitatem licet nominari virtus est. modo liberalitas non retribuit alteri quod suum est: immo qd pprius est. ¶Oppositū arguit̄ per ambrosium in libro de officiis dicentem quod iusticia tribuit vnicuiq̄ quod suum est alienū nō vendicat & propriam vtilitatem negligit cōmunem vtilitatem custodit. ¶Pro quo notādum est q̄ materia iusticie est operatio exterior secundum q̄ res qua per iusticia3 vtimur proponitur alteri persone ad quam sumus ordinati per iusticiam. quia dicitur quinto ethicorum q̄ iusticia est ad alterum.

¶Secundo notandum est q̄ illius est res cui scdm equalitatē pportionis & secūdu3 pportione3 equalitatis debetur ipsa res. ¶Tertio notandmm est q̄ licet ipsa iusticia sit virtus cardinalis tamen multas alias virtutes particulares sibi assumit iō dicit̄. v. ethicorū q̄ est

Margin notes: In opposi tum. — Primum notabile — Secundu3 duplicia st bōa amico rum — Tercium — Quartum — Prima cō clusio — Secunda conclusio — Tercia — Ad rōnes dubii — Tertius articulus tria dubia — Arguitur — In opposi tum — Primum notabile. — Secundu3 — Tertium

principalissima virtutum & q̄ est tota virtus.
¶ Conclusio responsiua proprius actus iusti
Conclusio respōsiua cie est tribuere vnicuiqꝫ quod suum est. Pro-
batur. nam iusticia est ad rem exteriorem se-
cundū quā per iusticiā vtimur & talis res est il
lius cui debetur secundū proportionē equali
tatis: ergo est ꝓprius act⁹ iusticie. Vnde exer-
cendo proprium actum iusticie ille qui se ha
Ad rōnes. bet ad alterum dat sibi quod suum est. ¶ Ad
rationes. Ad primam ad autoritatem Augus.
bene conceditur: non tamen quantuꝫ ē de ꝓ-
prio actu iusticie: sed in quantuꝫ assumit sibi
alias virtutes vt amicitiā & pietatem ¶ Ad se
cundam dicitur eodem modo q̄ hoc non est
de proprio actu iusticie vt iusticia: sed inquā
tum assumit sibi illas virtutes. ¶ Ad terciam
que est auctoritas Tullij dicitur q̄ non voluit
q̄ realiter iusticia sit liberalitas sed q̄ secum
conuenit in pluribus. ¶ Quantum ad secūdū
Arguitur. dubium. Arguitur q̄ non. Nam liberalitas ē
pfectior iusticia igit̄. Patet consequētia. Et
antecedēs ꝓbat̄: quia per liberalitateꝫ homo
subuenit alteri de proprio. ¶ Secūdo sic. for
titudo est perfectior iusticia: igit̄ Consequen
tia pꝫ & ans probat̄ quia dicitur secūdo ethi-
corū. q̄ virtus est circa difficile ergo sequit̄ q̄
q̄to est magis circa difficile tanto est pfectior
In opposi tum quia terribilissimum omniū est mors. ¶ Op-
positum arguit̄: naꝫ dicit Tullius de offi. iusti
tie fructus optim⁹ est ex quo iusticia bōi viri
nominatur ex quo dicto trahitur q̄ inter vir-
tutes omnis fructus iusticie est optim⁹ & per
consequens ipsa est optima. Item ideꝫ est de
intentione philosophi quinto ethicorum vbi
dicitur q̄ iusticia est preclarissima omniū vir
Primum notabile. tutum. ¶ Pro quo notanduꝫ est q̄ dupliciter
possumus loqui de iusticia Nam quedam est
Secunduꝫ vniuersalis Alia particularis ¶ Scdo notan-
dum est q̄ iusticia subiectiue est in appetitu
rōnabili scꝫ voluntate: sed alie virtutes sunt ī
appetitu sensitiuo prout videri potest in secū
Tercium do ethicorum. ¶ Tertio notandum est q̄ iu-
sticia qualitercunqꝫ capiatur non solum pro-
ficit habenti immo alteri etiam. Ex istis elici
tur conclusio responsiua. iusticia qualitercun
Conclusio responsiua qꝫ capiatur est precipua virtus seu principa-
lissima. Probatur. primo si sumat̄ ꝓ iusticia
regali i vniuersali nō est dubium: sed si ꝓ iu-
sticia particulari pꝫ quia ē in nobiliori subie-
cto vt puta in appetitu rationabili. secūdo ꝓ-
batur ex parte obiecti quia iusticia ista ꝓficit
habenti ipsam & cum hoc alteri: sed alie vir-
tutes secundum propriam rationem non ꝓfi
ciunt nisi habentibus ipsas. Modo bonum q̄-
to communius tanto melius & ideo dicit phi
losoph⁹ q̄ iusticia est qua iuste operamur &

volumus ¶ Et tūc ad rōnes Ad primā negat̄ Ad rōnes. scdi dubii.
antecedēs Ad probationē dicitur q̄ licet hoc
sit verum tamen iusticia pluribus ꝓficit & di
citur q̄ liberalitatis de ꝓpria ratione non est
aliquid alteri tribuere de proprio: & hoc quo
ad actus interiores: vt patet in paupere libe-
rali ¶ Ad secundam negatur antecedens.
Et quando dicitur q̄ virtus est circa difficile
secundo ethicorum &c. negatur consequen-
tia: sed bene sequitur q̄ quando virtus est cir
ca difficilius & melius tanto est melior. Mo-
iusticia ē circa melius vt patet ex dictis.
¶ Quantum ad tercium articulum seu pun- Tercius articulus notabile.
ctum est videndum de quesito principali.
¶ Et est sciendum q̄ questio intelligitur de
iusticia sentētiatiua punitiua & executiua il-
lorum que insunt & pertinent in meritis & de
meritis videlꝫ ꝓ quodā habitu rigoroso quo
princeps inclinatur ad puniendum & iudicā-
dum/vt iura sonant. Et sic patet sensus tituli
questionis ¶ Prima conclusio. Ad bonum re Pria conclusio
gimen policie & ciuitatis necessaria est iusti-
cia. patet quia illud est necessariuꝫ ad regimē
politicum sine quo habito conuersatio homi
num simul habitantium non est tranquilla: sꝫ
ita est sine iusticia vt notum est. Et ideo dicit
philosophus tertio huius q̄ oportet princi-
pem esse potentem non sic q̄ potētia sua po/
tētiā toti⁹ multitudinis excedat vt ibi dicebat̄
sed q̄ potentia sua potētiā pticularē excedat. Secunda.
¶ Secunda conclusio est ista Ad bonum regi
men politicum siue ciuile necessaria est ami/
citia probatur quia requiritur amicitia prin/
cipis ad subditos: & subditorum ad principē:
ergo patet consequentia. Et antecedens pro/
batur per philosophum quarto huius. Tercia
¶ Tercia conclusio Ad bonum regimen po
licie siue ciuitatis illa duo requiruntur & suffi
ciunt/scilicet amicitia & iusticia. patet primo
de iusticia particulari & secundo de amicitia
per cōclusionem precedenteꝫ. Ideo dicit phi
losophus quinto ethicoruꝫ q̄ legislatores pu
niunt iniustos ipsos reuocantes ad bonum & Quarta.
alios retrahentes a malo. Quarta conclusio.
Si in policia omnes essēt amici & de perseue/
rantia aliquid constaret non requireretur iu/
sticia probatur quia omnes essēt amici.
¶ Quinta conclusio si esset in optione princi Quinta
pis viuere cum iusticia sine amicitia vel cum
amicitia sine iusticia esset amicitia eligenda
patet quia amicitia habet naturam conser- Sexta conclusio responsiua
uare. ¶ Sexta conclusio & respōsiua. simplici
ter loquendo de bono regimine politico iu-
sticia est amicitie preferenda probatur quia
iusticia est ad inferiores ad equales & ad supe
riores. amicitia vero ad equales. igitur.

patet. consequentia quia sic est communior Et antecedens pro qualibet parte est notum & q amicitia sit solum ad equales patet per philosophum. viii. & ix. ethicorum. ¶Secundo sic. si iusticia nõ esset preferẽda amicitie sequeretur q in casu licitum esset mentiri. consequens est falsum. quia dicitur tertio ethicorum melius est mori q̃ aliquid turpe committere probatur consequentia quia si queraẽ amicus propter furtum & meruit mori & veniret ad cameram meã tunc deberet dicere q nõ esset ibi si amicitia esset preferenda. Item patet per philosophum primo ethicorum duobus existentibus Item etiam patet per multos patres antiquos & sanctos qui ita fecerunt. Et si adducatur auctoritas Tullii in qua dicit ego vos possum hortari vt amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis. Dicitur q comparat amicitiam ad omnia bona exteriora & extrinseca que sit bona fortune. ¶Ad rationes ante oppositum dicitur q sunt p ista conclusione. ¶Et rationes post oppositum sunt pro dictis.

Ad rõnes.

¶EXPLICIT QVINTVS LI. PO.
¶INCIPIT SEXTVS LIBER PO.

¶QVESTIO PRIMA.



Irca inicium sexti libri politicorũ. Primo queritur Vtrum voluntas humana in aliquo actu suo potest difficultari ¶Et arguiẽ q non. quia si sic sequeretur q voluntas esset infinite virtutis vel q ipsa possit impossibilitari. Consequens est falsũ pro vtraque parte. Et patet consequentia. Nam detur vnus actus respectu cuius per aduersariũ difficultatur: vel ergo infinitos tales potest elicere/& si sic est infinite virtutis: vel non potest infinitos & signentur act⁹ illi/vel ergo potest producere vltra: & sic est adhuc infinita vel non/ & sic impossibilitatur. ¶Secundo sic voluntas humana in instanti actum suum elicit: ergo patet consequẽtia: quia difficultas est causa successionis. Et antecedens probatur prio. quia non est ibi aliqua resistentia ex parte voluntatis. Item ex alio quia voluntas est indiuisibilis: ergo & actus eius. Itẽ si sic sequeretur q ad qualitatem de prima specie esset verus motus. ¶Tertio sic. Voluntas humana eque libere se habet respectu vtriusque oppositorum igitur non potest difficultari. consequentia e nota quia voluntas intrinsece est libera. ¶Quarto nullus actus voluntatis est contra voluntatem igitur. Patet consequentia. quia secundum Anselmum de libero arbitrio. nihil est penale vel tristabile voluntati nisi illud quod est contra voluntatem. Et antecedens patet per Anselmum in libro de conceptu virginali capitulo quarto vbi expresse hoc põit. ¶Oppositum arguitur. nam voluntas humana difficultatur circa suspensionem actus circa delectabile ergo etiam difficultatur circa obiectum tristabile. Patet consequentia a simili. Antecedens patet per experientiam. ¶Secundo sic. Nam secundum processum philosophi secundo ethicorum. difficillimum est inuenire medium virtuosũ inter duas malicias: & sunt duo modi quibus contingit errare/& tamen hoc fit per voluntatem. ¶Tertio sic si homo potest facere duo bona quorum vnum est alio maius si faciat minus bonum & dimittat maius bonum precipiet voluntatem mirabiliter difficultari igitur. In questione erunt duo articuli. In primo videbitur si homo potens facere duo bona quorũ vnum est maius alio dimittendo maius & faciendo minus si faciat viriose. In secundo videbitur de quesito principali. ¶Quantum ad primum articulum. Arguiẽ q non quia talis faciens minus bonũ agit cũ debitis circunstãtiis: ergo virtuose opaẽ cõna

Arguitur

In oppositum.

Primus articulus.

patet. Et antecedens probatur quia talis opa
tur cuꝫ bona intentione vt patet & ad bonu fi
nem intendit Et cōfirmatur. quia si talis face
ret minus bonum non considerando maius/
non ageret vitiose sed virtuose. ¶ Secūdo sic
Homo qñq; faciendo maiꝰ bonū & dimitten
do minus peccat: ergo ꝑꝫ cōsequētia & ante
cedens probatur. In casu quo homo videret a
liquē i necessitate extrema sic ꝙ moreret̃ nisi
subueniret̃ ei: & tunc vadat ad deffētionē rei
publice tunc faciet maius bonum & tñ pecca
bit quia fit homicida. ¶ Tertio sic. ille qui sic
se habꝫ facit sic ꝙ si oppositū faceret ipe pec
caret. ergo. ꝑꝫ consequētia. Et antecedēs ꝓ

In oppositum

batur quia si vnus nunc faciat bonum: & op
positū faciat ipse peccat. ¶ Oppositū ꝑꝫ ꝑ ra
tionem post oppositū. quia si de duobus ma
lis maius malum est fugiendū ita etiā in ꝓpo
sito de duobus bonis maius bonuꝫ ē eligedū.

Conclusio respōsiua

¶ Conclusio respōsiua: ponēs duo bona quo
rū vnū est alio maius si faciat minus dimittē
do maius talis virtuose agit i casu aliquo. Pro
batur conclusio per rōnē factā ¶ Et cōfirmat̃
quia nunq̃ esset licituꝫ comedere vel bibere.
Consequens est falsum. Et probatur conse
quētia. quia comedere est bonum vt si fiat qñ
fieri debet & tñ orare ē maius bonuꝫ. Modo
vtrūq; homo potest facere successiue & si sic
nō esset debet et dimittere comedere & debe
ret orare deū. cōns est falsū. ꝑꝫ quia statīꝫ mo
reretur. ¶ Secūdo sic. si sic sequeret̃ ꝙ homo
deberet eligere vitam austerā docere per to
tum tempus vite sue cōns ē falsū. ꝑꝫ cōsequē
tia qoia melius est toto tpe vite sue ꝓpter de
um austere viuere q̃ per vnū diem austere.

Arguitur.

¶ Sed contra hoc arguitur. talis nō facit hoc
quod ipse tenetur facere semper: qoia semꝑ
talis tenetur facere maius bonum. ¶ Secūdo
quia q̃to bonū maius est tanto eius carentia ē
peior sed sic est ꝙ maius bonuꝫ est multo me
lius minori igitur. Minor patet per experien
tiaꝫ. ¶ Tercio sic. ille operat̃ vitiose q peruer
tit debitum & iustum ordinē; sed talis qui sic
vitiose agit est huiusmodi. quia secundum re
ctum ordinem maius bonum semꝑ debet mi
nori bono preferri & ideo bonum commune

Primum notabile quis tenet̃ ad aliquid dupliciter

preferendum est bono priuato. ¶ Pro solu
tione istarum rationum. Notandum est pri
mo est. ꝙ aliquis ad aliquid tenetur duplici
ter. Vno modo ex precepto & ex obligatione
Et isto modo dicit̃ ꝙ ille qui volt facere duo
bona quorum vnum est maius alio non tene
tur maius bonum facere Alio modo de con
grultate quadam & electione: & ex super ar
rogatione vt hō nō tenetur comedere carnes
die sabbati: & isto modo conceditur ꝙ homo

tenetur facere maius bonum dimittendo mi
nus bonuꝫ Tamē si oppositū faciat nō peccat
Et sic patet ꝙ tales rationes non concludunt

Secundus articulus Prima cōclusio

¶ Quantum ad secundum articulum sit.
Prima conclosio habitus difficultant volunta
tem in elictendo actus contrarios actibus illo
rum habituum Probatur quia habitus tem
perantie difficultant volontatem ad facien
dum actum intemperantie sicut patet de ha
bitu liberalitatis &c. Et aliter probatur ratio
ne: quia habitus oppositi facilitant voluntat̃
ad faciendū ergo alij eta oppositi difficultant
eam. Patet consequentia quia oppositorum
opposite sunt operationes: & antecedens pro
batur quia habitus reddunt voluntatem ita
promptam ꝙ sine difficultate & rebellione
elicit actuꝫ delectabiliter & prompte.

Secunda conclusio

¶ Secunda conclusio est ista. passiones diffi
cultant voluntatem ad faciendoꝫ actus oppo
sitos & contrarios actibos ad quas ille passio
nes inclinant. Et ob hoc dicit philosophus ꝙ

Conclusio responsiua

Iouenem sic vel sic differt assuesci secundo e
thicorum ¶ Ex isto sequitur conclusio res
ponsioa ꝙ nullo modo potest voluntas hu
mana impossibilitari & violentari. patꝫ quia
oppositum implicat eo ꝙ voluntas intrinsece
est libera predictis non obstantibus voluntas
humana potest difficultari in suis actibus.

Ad rōnes

¶ Ad rationes Ad primaꝫ negatur consequē
tia pro vtraq; parte. Ad probationem cum di
citur ꝙ detur vnus &c. Dicitur ꝙ infinitos
actus pōt elicere sumendo infinitos sincathe
goreumatice licet non capiendo infinitos ca
thegoreumathice ¶ Ad secundam cum di
citur ꝙ voluntas &c. Negatur antecedens.
Ad probationem. quia non est resistentia. Di
citur ꝙ imo saltem large. quia nō possunt om
nia simul applicari: quia volontas non fertur
nisi in precognitom vel preconsideratum. &
dicitur ꝙ quantum est ex parte volūtatis non
esset possibile ꝙ in instanti mutaretur. Ad ꝓ
bationem secundam. quia voluntas est indi
uisibilis. conceditur: sed quo ad actus non est
diuisibilis extensiue sed bene intensioe & hoc
non est inconueniens. ꝙ indiuisibile extensi
ue sit diuisibile intensiue ¶ Ad terciam quia
sequeretur ad primam specieꝫ qualitatis &c.
Dicitur ꝙ non est motus vt capitur septimo
phisicorum quia intelligitur de motibus im
mediatis & non de motibos per modum se
quele. ¶ Ad terciam principalem cum dici
tur volōtas humana eque libere se habet &c.
conceditur: sed hoc non est eque facile ¶ Ad
quartam cū dicitur. nullus actus voluntatis ē
cōtra volūtateꝫ negatur illa: tñ non necessitat̃
¶ Ratio post oppositum est pro dictis.

QVESTIO SECVNDA.

Arguitur. QVeritur secũdo. Vtrũ ad recte princi-pãdũ regratur sciẽtia. Arguit q nõ qm ad recte pricipãdũ illud q ñ ha-bet differẽtiã respectu boni vel mali ñ reqrit sꝫ sciẽtia i pricipãte ẽ huiusmõi ergo non reqritur.coña est nota qa tale non debet plꝰ habe ri ad operandũ bene q̃ male vel ecõtra igitur minor pbat rõne.qa sciẽtia qñqꝫ est i malo ho mine & i hoībus simpliciter viciosis. Secundo sic ad recte pricipãdũ nõ requiritur illud q ñ habet rõnẽ boni nec reddit habentem bonuꝫ Sed sciẽtia ẽ huiusmõi ergo non requiritur in pricipãte. maior.pꝫ ex terminis & minor pba tur nã scdm phm secũdo ethicorum intellectꝰ pter sciẽtiã ñ dicitur bonꝰ sꝫ verꝰ. ¶Tertio sic ad recte pricipãdũ sola libertas volũtatis re qrit ergo nõ reqritur talis habitꝰ supadditus pricipãti.pꝫ coña qa ñ sic frustra haberet talis habitꝰ añs pꝫ nã cũ volũtas sit libera põtelicer actum rectum & dimittere puersum & vicio-sũ circũscripto quocũqꝫ habitu iclinante volũ tatẽ. ¶Quarto sic ad directionẽ actuũ huma-norũ & vite humane ñ requirit aliqs habitus imo sola naturalis idustria igr̃.coña est nota. Et añs pꝫ prio quia videmus aliquos iuuenes bone idustrie qui dirigũt vitã sine extrinseco adiutorio. Et ẽt pꝫ per phm sexto ethicorum dicẽtẽ nichilominꝰ videtur simul mores exi-stere cõfestim a natiuitate. ¶Oppositum est de itẽtione phi in isto sexto capitulo Et arguit sic ratione ad recte pricipãdũ requiritur regula directiua pricipis in actu pricipãdi & talꝭ regu la est sciẽtia igr̃. maior pꝫ quia de facili pter passionẽ pricipãs mutaret. & minor nota ẽ.qa sciẽtia ẽ habitꝰ directiuꝰ itellectꝰ. In questione erũt duo articuli. In prio videbit de q̃sito. In scdo videbit vtrũ ad rectitudineꝫ hũanorum actuũ & ad directionẽ vite reqrãt virtutes cum prudẽtia. ¶Quãtũ ad pmũ articulũ. Notãdũ est prio q sciẽtia put ad ppositũ sufficit capi-tur dupli.vnomõ pprie p quodã habitu spe culatiuo vero & ẽt firmo acqsito p demõstratio nẽ vl demõstrationes. Et sic capit sexto ethi-corũ vbi ponit hĩtꝰ distictꝰ ab aliis hitibꝰ itel-lectualibꝰ. Scdo mõ capit large & cõiter p hi tu vero & necessario acqsito ex euidẽtioribus siue talꝭ habitus sit practicus siue speculatiuus Et isto mõ ñ distinguit cõtra artẽ prudentiam et sapiẽtiã et isto mõ hitꝰ prudẽtialꝭ dr̃ sciẽtia ¶Secũdo notãdũ ẽ q differẽtia ẽ iter habitꝰ itellectuales & morales qa hitus itellectuales bñ stant cũ malicia morali seu culpa sꝫ habitꝰ morales boni nũq̃. Alio mõ differũt qa habitꝰ intellectuales perficiũt intellectũ vt sic & diri-gũt sed morales perficiunt appetitum siue ap petitiuã partem. ¶Tertio notandum est qd̃ glibet volẽs dirigere ordinata in aliquẽ finem indiget aliquo habitu directiuo quo dirigat in ordinãdo talia i suũ finẽ. ¶Quarto notãdũ est q scdm diuersitatẽ politiarũ variãt habi-tus directiui taliũ policiarũ i suos fines siue ta lis habitꝰ sit bonꝰ simpliciter siue apparenter apparet prio de regali policia qa alius habitꝰ ibi reqrit ad dirigẽdũ ipsã i suũ finẽ & aliꝰ i po licia trãsgressa & sic de aliis. Quĩto dr̃ q du-plex ẽ differentia iter artẽ & prudẽtiã. Prima differẽtia est ex pte obiectorũ qa ars ẽ circa fa ctibilia & prudẽtia ẽ circa agibilia.alia differẽ tia est nã prudẽtiã precedit appetitus ordina tus & regulatus sed artẽ ñ. Nã aliqs pt bñ facer scdꝫ artẽ aliqd q tñ ẽ puersus & malus. Vñ pro euidẽtia sciẽdũ ẽ qd̃ pprie vtẽdo istis terminis agibilia & factibilia differũt. Vñ factio ẽ quã-do actio trãsit i materiã extrinsecã sicut vnꝰ fa-ber qñ facit cutellũ Sꝫ actio dr̃ operatio q̃ nõ transit in materiã extrinsecã sed manet i agen te vt sũt nolitio & volitio & sic de aliis. ¶Sex to notandũ est qd̃ iste due ppositiones mutum differũt scilicet hitus talis est bonus habẽti eũ et talis habitus est bonus habenti eũ quo ad vsum Vnde habitus qui dicitur ars fabrilis est bonus cuilibet qa pficiens intellectũ. sed non est bonꝰ regi quo ad vsum.quia p hoc inpedi retur a maiori bono. Ex isto sequitur correla-rie qd licet sciẽtia speculatiua esset bona sim pliciter in policia.tñ non esset sibi bona sim-pliciter quo ad vsum in ordine ad policiã. qa forsam impediretur. ¶Septimo notandũ est quod principem recte dirigere suam policiaꝫ non est aliud quam policiam ordinare in suuꝫ proprium finem siue talis sit bonus simplici-ter siue non. Vnde tirannus ordinando tiran-dem in suum finem bene dicitur dirigere suã tirannidem. ¶Prima conclusio ad recte prin-cipaudum non requiritur sciẽtia in principã te & hoc sumendo scientiam proprijssime p batur nam habitus speculatiuus non est acti-uus neqꝫ factiuus ergo patet cõsequẽtia quia tali habitu non indiget in regendo suam poli ciam añs notum est. ¶Secunda conclusio su mendo scientiam large. scilicet secũdo modo ad recte principandum in policia requiritur i principante scientia. patet satis ex notabilibꝰ. Nam bonus principans debet ordinare poli-ciam suam in finem in quem debet ordinari & indiget habitu quodam directiuo & talis habi tus non est speculatiuus vt dictum est in pria conclusione & non est etiam factiuus ergo est prudentia & sic capitur hic scientia vt se ex ten dit ad prudentiam. ¶Sed dubitatur circa hoc quia si sic esset sequeretur quod nullꝰ prin

Margin notes: In oppositum. Primꝰ articulus. Primum notabile sciẽtia. capit duobꝰ modis. Secundum differentia est inter hitus itellectuales & morales. Tertium notabile. Quartum. Quintum notabile. duplex est dria iter artẽ & prudẽtiã. Dria ẽ iter agibilia & factibilia. Sextum notabile. dria ĩter duas ppõnes. Septimum notabile. qd sit pricipem recte dirigere policiam suam. Prima conclusio. Secunda conclusio. Dubium.

cipās debite seu recte principaret nisi esset virtuosus pfecte.cōns ē falsū vt pz de tirāno ordinante tirānidē i suū finē & sic ille tirānus diceret nō recte principari & cōña manifesta ē de se. ¶Pro quo sciēdum ē qd dupliciter capitur prudētia.vno mō .p pfecta prudētia scilicet .p habitu prudētiali dicto simpliciter & sic dr̄ qd prudētia ē annexa alijs virtutib⁹. & sic dicitur q̄ nō ē possibile qui priceps isto⁹ sit virtuos⁹ alio mō capit .p prudētia scdz qd q̄ dr̄ astuna & dr̄ habitus directiu⁹ quo dirigitur aliquid i suuz finē & sic requirit prudētia illo modo & sic ops qd sit virtuosus habēs prudētiā. Et sic pz quid sit dicēdū ad instātiā. Vnde dicitur q̄ non requiritur prudētia .pprie dicta sed large capta quā nō ops esse virtutē. ¶Quātum ad secundum articulū Vidēdū ē primo Vtrum ad rectitudinē actuū hūanorū & ad directionem vite humane requirūtur virtutes morales cū prudentia. Et ē notādū qd licet vita q̄nq; capiatur .p prima vita scilicet .p aīa tamē hic capitur .p vita scda scilicet .p vitali operatione .pcedente ab aīa. ¶Secūdo notandum est qd vita sic capta est duplex quedam ē speculatiua seu contemplatiua.alia est vita actiua & hoc declarat quia vniuscuiusq; vita est illud quo maxime delectatur: & querit mō aliqui sunt qui maxime itendunt deo & tales habent vitam cōtemplatiuā.alij sunt qui maxime intendunt & etiam delectātur in operibus exterioribus & secundum istos duos fines circa homies sumūtur ille due vite. Modo questio itelligitur de vita actiua specialiter. ¶Tertio notandum ē quod inter vitam actiuam & contemplatiuaz sunt multe differentie. Prima nam obiectum vite contemplatiue est prudentia & veritas q̄ deus est & obiectum actiue est extrinsecū op⁹ Secunda differentia quia in vita contemplatiua homo est sibi ipsi per se sufficiens. sed in vita actiua non. Tertia differentia est quia vita contemplatiua propter se queritur vita autez actiua non. sed propter contemplatiuam queritur. Quarta differentia est quia vita contemplatiua est magis directiua actuum q̄ actiua ¶Quinta differentia est quia vita contemplatiua est secundum illud quod est magis .pprium homini scilicet per vires intellectuales. vita autem actiua est circa vires inferiores i quibus conuenit cum brutis. ¶Sexta differentia est quia in vita cōtemplatiua est multo maior delectatio quā i actiua Septima.quia vita cōtēplatiua est circa diuina.actiua vero circa humana. Ex quo sequitur quod vita contemplatiua est multo excellentior quā actiua. Quarto notandum est quod ad vitam contemplatiuam tria requirūtur Primo requiruntur virtutes morales tanq̄ dispositiue ad vitam contemplantiuam.vnde virtutes morales habēt diminuere & remittere passiones & impet⁹ qui frequenter nocent ad vitam contemplatiuam ducendam. Secundo requiritur contemplatio actuum diuinorum quatinus per illos deueniamus ad veritatem. Tertio requiritur contemplatio diuine voluntatis.

Notabile. dupliciter capitur prudentia.

Rōsio

Secundus articulus. Dubium Primum notabile. quō hic capitur vita.

Secundus Duplex ē vita sic capta

Tertium notabile differētie vite actiua & vite cōtemplatiue sūt differētie.

Quartum ad vitā cōtēplatiuā tria reqrūt

¶Quinto notandum est quod actus humani sunt duplices.nam quidaz sunt boni de genere non tamen meritorij vt si aliquis subueniat pauperi amico. alij sunt boni & cum hoc meritorij. ¶Sexto notandum est q̄ ad directionem vite humane requiruntur duo scilicet rectus appetitus de fine & q̄ recto modo appetatur. Secundo requiritur vera & recta directio intellectus scilicet quod dirigat quod est faciendum. ¶Septimo notandum est q̄ differentia est inter prudentiam ex vna parte & alias virtutes morales ex alia parte vn de prudentia est habitus intellectiuus quo scitur quid sit agendum. Sed habitus moralis est habitus executiuus illius quod est ordinatum & sententiatum & determinatum per intellectum vna cum prudentia. Ex isto patet quod prudentia est respectu mediorum ordinatorum in finem. sed virtus moralis est respectu finis. Secūdo sequitur quod prudentia est virtus intellectualis proprie & virtus moralis non. Tertio sequitur quod prudentia habz dirigere intellectum: sed virtus moralis appetitum seu voluntatem. Quarto sequitur quod isto modo prudentia non est alijs virtutib⁹ annexa: immo nulli virtuti morali in casu quo voluntas se difformaret iudicio intellectus ita qd traheretur ad iudicium sensus tamen prudentia aliter capitur scilicet pro habitu intellectuali directiuo agibilium humanorum & executiuo illius quod demonstratum est per rationē et intellectum & isto modo est annexa alijs virtutibus moralibus. Prima conclusio ad habitum esse bonum moraliter requiritur adeptio finis possibilis intenti seu boni operati. probatur quia nisi sic sequeretur q̄ talis habitus esset nobis maius consequens est falsum & patz consequentia quia si per talem habitum appetitus appeteret finem & tamen finis non esset nobis possibilis tunc illa adeptio plus nobis noceret q̄ valeret. Correlarie sequitur q̄ in homine non est habitus bonus moraliter inclinans ipsum ad perpetuationem ipsius & in indiuiduo patet quia non est possibilis. ¶Secūda conclusio adeptio finis optati debet esse per medium bonum honesta & licita. Primo patet sic quia alias talis vita non esset bona. Secundo quia non sunt facienda mala vt inde

Quintum notabile. duplices sūt act⁹ humani.

Septus ad directionē vite humane duo requiruntur Septimuz differūt prudentia & virtutes morales.

Primum correlariū.

Secūdum

Tertium.

Quartum

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Tertia. eueniant bona. ¶Tertia conclusio est ista: ad directionem vite humane requiritur quod dispositio mediorum ordinatorum in finem sit bñ circũstãtionata & discreta & bona. p3 quia si haberet finem bonum & haberet medium a casu & nõ a sua prudentia non propter hoc

Quarta vita sua esset bona. ¶Quarta conclusio ad directionem vite humane requiritur prudentia patet quia prudentia dat nobis omnia media quibus possumus contra predicta remediare Item ad directionem vite humane requiritur regula directiua ergo. &c. patet consequentia quia talis regula est prudentia & añs est notũ

Quinta. ¶Quinta cõclusio: ad directionem vite humane non sufficit prudentia primo modo capiendo prudentiam scilicet pro habitu intellectuali discretiuo bonorum patet quia cũ tali habitu bene staret viciũ quia cũ hoc requiritur appetitus rectus dirigẽs act⁹ suos scil3 humanos secundum illam regulam que est prudentia

Sexta. ¶Sexta conclusio: ad directionem vite humane & rectitudinem actuum humanorum requirũtur & sufficiunt virtutes morales & prudentia & intelligitur de rectitudine vite humane & etiã de directione vite humane quã tum est possibile homini ex puris naturalibus & sine influentia dei speciali & miraculosa. Ista conclusio patet ex dictis nam dicebatur prius quod duo sufficiebant ad directionẽ vite humane scilicet que pri⁹ dicta sunt & hoc

Ad rões de isto. ¶Ad rationes. Ad primam & secundam que arguunt consimiliter dicitur quod ipse bene arguunt de scientia speculatiua sed conclusio itelligitur de scientia morali actiua siue practica scilicet de habitu prudentiali directiuo actuu3 humanorum. ¶Ad tertiã conceditur quod voluntas humana est libera nõ tamen est in sua libertate elicere actum bonũ moraliter vel meritorium vt sic quia requirit̃ in itellectu prudentia quia intellectus est sepe seducibilis quia aliquando sub maiori male subsumit & sic indebite infert conclusionem. Sub hac enim maiore omne bonum est faciẽdum male subsumit furari pro dando pauperibus est bonum ergo furari est faciendu3. negetur consequẽtia quia est deceptio i miore. ¶Ad quartam quando dicitur quod ad recte principandum sufficit sola idustria: dicitur ꝙ non vnde licet aliquis ex naturali iclinatione inclinetur ad confestim volendum secundum rectam rationem tamen potest impediri per appetitum continue aduersantem rationi Rõ post oppositum. &c. ¶QVESTIO.III.

Arguitur. Q Verif tertio Vtrum agricultura sit hõi naturalis. Et arguitur ꝙ nõ qa si sic sequeret̃ ꝙ omnes homines haberent naturalem inclinationẽ ad agriculturam. coñs est fl̃m & patet cõsequentia quia illũ qd ẽ naturale alicui speciei cõuenit indiuiduis eiusdẽ speciei qa ignis ardet hic & psis. ¶Secũdo sic sequeret̃ ꝙ oẽs hoĩes essent cõsimiliter iclinati ad agriculturam coñs est fl̃m quia diuersis regionib⁹ agricultura diuersimode exercetur & p3 coñ a qa nidificare omnib⁹ auibus cõuenit & similiter facere telã aranes is oĩbus. ¶Tertio sic seqretur ꝙ hõ non esset animal sociale seu cõicabile coñs ẽ fl̃m ex primo huius vbi dicit aristoteles qd hõ ẽ naturaliter animal sociale & cõicabile & patet coña quia status agriculture exigit ꝙ agricole habitet in agris & in cãpis ¶Oppositũ est de in

In opposi tum tẽtione phi in isto sexto. Vnde inter oẽs democraticas multitudines agricultura est melior immo optia. Et p̃t sic argui rõe m̃titudo agriculture ẽ ps ciuitatis. seruus ẽ a natura igitur p3 coña qa si totũ ẽ naturale ergo & quelibet pars. Similiter & añs probatur pro prima parte ex isto sexto Et mior patet primo huius qa hõ nõ esset animal ciuile naturaliter. In questione erunt duo articuli. In primo videbitur de quesito. In secundo mouebuntur dubia.

Prim⁹ ar ticulus. Primum notabile. aliqd tripli citer a na tura dicit̃. ¶Quantũ ad primũ articulũ. Primo notãdũ est qd aliquid dicitur a natura tripliciter. Primo iniciatiue & cõpletiue & pfectiue sicut sũt herbe nascentes sine cultura. Secundo modo iciatiue a natura & cõpletiue ab arte & sic dicitur ꝙ panis est a natura. Tertio mõ cõpletiue a natura & ab arte iciatiue. sicut blada que seminãtur. ¶Secũdo notandũ est quod titul⁹

Secundu3 questionis dupliciter intelligitur Vno modo quod agricultura isit homini a natura tã iciatiue q̃ cõpletiue. Alio mõ iciatiue tantum.

Tertium. ¶Tertio notãdũ est qd adhuc agriculturam inesse homini a natura dupliciter intelligitur. Vno mõ ꝙ insit homini & hoc ex parte anime seu forme. sicut risibile in est homini. Secũdo ex pte nature q̃ est materia.

Quartum ¶Quarto notandũ ẽ qd agriculturã inesse homini ex parte materie itelligitur dupliciter. vno mõ ꝙ insit materie absolute cõsiderate. secundo modo qd i sit materie sic complexionate vel disposite.

Quintum ¶Quinto notandũ est qd licet cõplexio vl̃ dispositio naturalis ñ necessitet intellectum vel voluntatem tñ frequẽter cõplexio vl̃ dispositio naturalis iclinat intellectum vel voluntatẽ ad cõformãdũ se multis iudicijs. Et ideo dicit phũs ꝙ natura posuit differentiam inter dñm et seruũ & ideo dicit phũs prio hui⁹ ꝙ illi qui bene nutriti sũt in iuuentute sunt magis subtiles & igeniosiores. ¶Prima cõclusio. Agricl'tura nõ inest hoĩ naturaliter sic ꝙ isit hõi a na

Prima cõ clusio. tura tã iniciatiue q̃ completiue quia si sic esset

seq̄ret φ q̄libet hō haberet ad eā naturalem inclinationē cōñs ē fl̄m vt notum est & conse- quētia nota est de se. ¶Secunda conclusio a gricultura non in est homini a natura sic φ in sit hoī ex parte forme. pbatur quia cum for- ma sit eiusdem rationis essentialis in omnib⁹ hoib⁹ oēs essētialiter īclinarētur ad agricultu ram quod est falsum. ¶Tertia conclusio agri cultura non inest homini a materia absolute considerata patet quia materia absolute cōsi- derata est eiusdē rationis in omnibus homini b⁹.&c. ¶Quarta cōclusio agricultura iest ho mini a natura inchoatiue seu inciatiue.& hoc ex parte materie sic vel sic cōplexionate. pat3 cōclusio qa aliq sunt sic dispositi vel ad mem bra grossa vel ad mēbra frigida φ non possūt ministrare ītellectui & tales nō pñt bñ mēte p uidere secūdū qd ē cōsonū rōi & tales sūt apti ad grossa opera. Et ob hoc dicit phūs prio hu ius qd nobil' est ille qui pt mēte puidere & ha bet membra ◦apta ad laborādum. Et oppo sitū dicit phūs de suo. Et quia cōplexio mul- tū variat iudiciū itellectus iō dī scdo de ani- ma q3 molles carne aptos mente dicimus. Et hoc de primo articulo ¶Quātū ad secūdum articulū Est pria dubitatio. Vtrū hō sit natura liter socialis seu ciuilis. Arguitur φ nō quia si sic sequeretur qd viri cōtēplatiui & heremite et qui vitam solitariam elegerūt agerēt cōtra naturā. cōns est falsum quia si sic peccarēt pt3 cōña qa elegerunt multi sancti vitā solitariam et fugerunt a cōsortio. ¶Oppositum arguit primo hui⁹ scilicet quod homo est aial natu- raliter ciuile domesticū & cōicabile. Pro intel lectu est notādū qd aliqd dr dupliciter natu- rale. vno modo qa cōuenit oī homini ïsepara biliter q̄liter cūq3 etiam disposito vt hoī inest risibile. Secūdo qa cōuenit alicui s3 non omni hōi sed soli hōi bñ disposito & ordinato scdm exigētiā nō orbato nec eleuato sup cōmunem cursū hoim. ¶Sit ergo prima conclusio su- mendo naturale primo modo. homo non est naturaliter ciuilis seu cōicabilis. pat3 quia ali qui eligunt vitam solitariam vt deo seruiant. ¶Secunda conclusio sumendo naturale secū do modo homo est naturaliter socialis seu cō municabilis. probatur quia esse sociale conue nit omni homini non orbato & illam proposi tionem sic intelligit philosophus primo hu- ius. ¶Dubitatur secundo Vtrum homo pos- set licite vitā solitariam eligere seu acceptare Et arguitur quod non. nam homo solitari⁹ est pessimū omnium animaliū ergo p3 consequē- tia & añs probatur per phūm prio hui⁹ dicen tē, quod homo solitarius est inciuilis & pessi- mū animaliū. ¶Oppositum patet quia alias sancti viri & contemplatiui etrassent ī via mo ris istam vitam eligendo cōns est falsum ergo Pro intellectu hui⁹ dubitationis notādū ē qd homo potest dici tripliciter solitarius scilicet a patria & a natura ab electione & cōsuetudie A patria quia patria ē sic male disposita quo ad primas q̄litates scilicet quo ad caliditatem et frigiditatem sic quod aliquando viri de illa patria nolunt ibi habitare patet satis de illis q habitāt ppe tropicum cancri & tales non de- bent vituperari. Secundo modo a natura quia licet habitaut ī bona regione tamen per suas dispositionem naturaliter malam & comple- xionem insequuntur vitas solitariam quia nō possunt cū alijs conuiuere. Tertio ex electio ne vel consuetudine quia licet habeant bonā patriam & animam bene habituatam & ma- teriam bene complexionatā: tamen propter certas causas eligunt viuere solitarie. ¶Secū do notandum est quod aliqui possunt eligere viuere solitarie propter duas causas vna est vt liberius propter hoc & melius vite contēpla- tiue possint vacare & intendere & soli deo ser- uire. alio modo propter aliam causam vt pro pter leprositatem vel aliam causam. ¶Ter- tio notandum est quod aliquis potest duplici ter eligere vitam contemplatiuam. vno mo- do quia est abstractus sic quod nullo modo in diget vestimentis nec victu humano quibus homines communiter indigent vt dicit salua- tor de iohanne non manducans neq3 bibens Secundo quia indiget omnibus illis quibus indigent communes homines nō vult tamen aliquid facere nisi contemplari seu speculari. ¶Prima conclusio loquendo de vita solitaria secundum quam viuunt contemplatiui ita ab stracti quod non indigent cibis nec vestimen- tis communibus quibus indigent alij homi- nes illa vita est licita patet conclusio de multis sanctis qui talem vitam elegerunt & tales ho- mines sunt domini & heroici. ¶Secunda con clusio tales viri contemplantes secundum ta- lem vitam solitariam non debent ita esse soli- tarij quin quandoq3 habeant cōmunicare cū alijs. patet quia isti solummodo sibiipsis pro- ficerent: alijs autem non proficerent. ¶Tertia conclusio probabilis. vita solitaria secūdū quā viuunt viri sancti & contemplatiui nolentes aliud facere q̄ deo seruire indigentes cū alijs cibis & vestimentis quibus alij homines indi gent est periculosa nec est in policia bona ad mittenda & suscipienda. patet quia tales quā- doq3 cadunt in magna vicia vel contra ciuita- tem vel contra alia. Item vita contemplatiua in cōmunib⁹ hoibus nō debet esse sine vita ac tiua: & sic itellexit philosophus qd homines

Marginal notes (left column): Secunda — Tertia — Quarta — Secundus articulus. Primum: Dubium Arguitur. — In opposi tum — Primum notabile. aliquid dr naturale dupli citer. — Prima cō clusio. — Secunda. — Secūdum Dubium Arguitur. — In opposi tum

Marginal notes (right column): Primum notabile hō dicitur solitari⁹ tri pliciter. — Secundū. — Tertium. Quis du pliciter eli git vitam contempla tiuam — Prima cō clusio. — Secunda — Tertia.

solitarie viuentes aut sunt dij aut bestie. Item homo viuēs sine lege est pessimum animaliū

Ad rōnes

¶ Ad rationes. Ad primam dicitur quod verum est si esset a natura primo modo. scilicet inciatiue vel completiue & ita dicit ad secundam rationem. ¶ Ad tertiam dr̄ qđ illa bene arguit de homine nō eleuato & nō orbato iuxta tertiam conclusionem primi dubij secundi articuli.

¶ QVESTIO QVARTA.

Qui sunt eutrapeli

QVeritur quarto. Vtrum eutrapeli sint inciuitate bene ordinata pmittendi. Et sunt eutrapeli homines q bene se habent circa ludum quando oportet et quomodo oportet & cum alijs circunstantijs.

Arguitur.

¶ Arguitur primo quod non quia eutrapeli ducunt vitam ociosam ergo non sunt permittendi. consequentia est nota & antecedens est philosophi quarto ethicoruꝫ dicentis quod circa ludos est tempus ociosum.

¶ Secundo sic illi non sunt permittendi in ciuitate bene recta qui intemperati & delusores sunt sed eutrapeli sunt huiusmodi igitur non sunt permittendi consequentia nota est de se Et antecedens patet si sic tunc orirentur dissensiones in ciuitate bene recta quod non deberet fieri. Sed minor patet quia dicit philosophus septimo ethicorum quod ludus ē op⁹ intemperati & mobilis & delusoris. ¶ Tertio sic illi non sunt permittendi in ciuitate bene recta qui non exercent opus virtuosum vł op⁹ ordinatum ad virtutem. sed eutrapeli sunt huiusmodi ergo non sunt permittendi in policia seu ciuitate bene recta patet maior quia quicquid est in ciuitate bene recta debet esse virtuosum vel bene ordinatum ad virtutem. minor patet quia dicit philosophus quod ars et virtus sunt circa difficile modo nō est difficultas in ludo. minor patet quoniam ludunt pueri & bruta. ¶ Quarto sic sequeretur quod ratione fortiore ystriones essent permittendi in ciuitate bene recta. consequens est falsum qa secunduꝫ quod dicitur quicquid datur ystrionibus illi qui dant peccant. Et probatur consequentia quia si eutrapeli essent permittendi hoc maxime esset eo quod essent lusores & se tenerent circa ludos modo ystriones sunt magis lusores ergo eutrapeli non sunt permittēdi in policia.

In oppositum

¶ Oppositum arguitur eutrapeli sunt virtuosi ergo sunt permittendi in policia bene recta consequentia tenet ex eo quod virtuosi i ciuitate bene recta sunt permittēdi. Et antecedens patet per philosophum quarto ethicorum dicentem quod eutrapelia ē virt⁹ moralis. Cōsimiliter p illa q̄ tractāt i isto sexto capitulo tertio per que habetur ꝙ in policia bene recta aliqui habent naturam ciuiū te create & tales sunt eutrapeli. In questiōe erūt duo articuli. In primo erunt notabilia. In secūdo conclusiones.

Primus articulus. Primum notabile.

¶ Tertio sic. Ipsa volūtas precipit intellectui & nō econuerso: igitur. pat3 cōna quia p̄cipere pertinet ad dominium. Et an̄s pt3. quia voluntas precipit intellectui vt speculetur & ita speculabitur si non sit impedimentum. ¶ Secundo sic principaliter arguitur: quia volūtas nō potest cogi/ & intellectus potest cogi: igitur pat3 cōna: & an̄s ꝓ scd̄a pte: quia nisi sic volūtas nō esset volūtas. Et an̄s pt3 ꝓ pria parte qa posito primo principio in intellectu terminis intellectis itelligit de necessitate in actū intelligendi. ¶ Tertio sic. Volūtas oībus similiter se habentib⁹ potest in vtrumq3 oppositorū & intellectus nō: igit pt3 cōna. Et maior & mior ꝓbantur. quia intellect⁹ determinat a voluntate ad speculandū. ¶ Quarto sic. In potestate volūtatis est reddere hominē seruum & liberū: & nō est in potestate intellectus igit. pt3 cōna & maior. Minor ꝓbatur. quia in potestate voluntatis est ꝙ homo sit bonus vel malus Modo dicit primo hui⁹ ꝙ virt⁹ & vitium determinant & seruum & liberu3. Et minor nota est: quia multi sunt boni clerici & speculatiui: & tamen sunt mali & vitiosi. ¶ Oppositu3 arguit. Intellect⁹ habet determinare qd sit agendū & quid dimittendū quid volendum & quid acceptandū & quid verificādū: igitur cōsequentia est nota & an̄s ꝓbatur. quia voluntas nō fertur nisi in cognitū/ & per cōns nō fertur in actum nisi intellectus eum determinet.

In oppositum

¶ Pro itellectu hmōi dubij est primo notādū ꝙ tenendo viā cōmunē & veram: sc3 ꝙ in homine non est nisi vna anima que est intellect⁹ & voluntas questio de virtute sermonis est falsa. Loquendo de intellectu & voluntate in eodem homine/ & in eodem supposito. Appet quia voluntas est realiter intellectus & ecōuerso/ & sic idem erit liberius seipso. ¶ Secundo notandū ꝙ dubitatio debet recipi ad istū sensum qn̄ querit &c. i. vtrum anima liberius producat actū intelligendi secundū quē dicitur intellectus: q̄ actu3 voluntatis scd̄m quē dicitur voluntas q̄ econuerso. ¶ Tertio notandum ē ꝙ duplex est libertas quedā est que dicitur sui ipsius gratia. alia est libertas oppositionis. Vn̄ agens libere agit primo modo sic ꝙ agit suiipsius gratia principali intentiōe & nō gratia alterius ad que3 oīa hn̄t ordinē & reductionē & hoc mō solus deus dicitur agens liberū. Opposito modo aliqs seruiliter dicitur agere qn̄ est agens respectu suiipsius quod dicitur agēs particulare: sed illud dicitur libere agere libertate oppositiōis quod potest in aliquod vel in oppositum eius omnibus eodem modo habētibus se: quantum est de se vel ad eligendum vel nō eligēdu3 & istud est mltiplex sicut h3 videri alibi. ¶ Quarto notandū est ꝙ dupliciter act⁹ potest esse in nr̄a ptāte. vno mō qa est immediate & scd̄m se in nr̄a potestate/ & talis actus vocat elicitus. alius est actus solum in nostra potestate cōsecutiue: & scd̄m qd & talis actus vocatur act⁹ imperatus/ quia cōsequitur actū imperantē sc3 qui immediate & scd̄m se est in ptāte nr̄a & talis act⁹ in cōparatiōe veri act⁹ eliciti seqtur: & ideo dicit ꝙ act⁹ exteriores nō addunt aliquā maliciam actibus interioribus

Primum notabile.

Secundum notabile

Tertium notabile duplex est libertas

Quid est libere agere libertate oppositionis

Quartū notabile dupliciter actus dr esse in nr̄a ptāte

tas exiret in actum bonum vel malū nisi sentē tia intellecꝰ ꝓhabita. Et hec de primo articu lo. ¶Quantū ad secūdum articulum respōde bitur ad qsitū & videbitur primo i quo cōsistit felicitas hūana. Et quicqd dicā ꝓbabiliꝰ dicā nichil afferēdo. ¶Et est primo notādū ꝙ quā to actus est nobilioris obiecti tāto ceteris pari bus est nobilior & pfectior. Et dicit notanter ceteris paribꝰ qa pfecta noticia q̄ habeꝰ de fes stuca est multo imperfectior cognitiōe confusa quam habemus de deo. ¶Scdo notādum est qd ad omnē actū volūtatis esse liberū ꝓcedit actus intelligēdi quo ad obiectus qd apparet voluntati bonum vel malum. Ptꝫ suppositio quia alias voluntas in eliciendo actus liberos ferretur in actus incognitos. Et dicitur notan ter actum liberum quia quoad actus primos nō liberos nō oportet ¶Tercio notādū est qd si de summa bonitate alicuius obiecti habea tur iudicium sequitur pfecta acceptatio alicu ius obiecti & pfecta volitio & etiā perfectus amor. Et si iudiciū nō sit perfectū nō sequitur perfecta acceptatio. Prima pars ptꝫ quia pfe cta acceptatio obiecti summi boni seqꝛ ad iu dicium & nō ad iudiciū impfectum quia vo lūtas prius ferretur in obiectum q̄ esset cogni tum ergo sequitur qd hoc est ad iudiciū perfe ctum. Sed secūda pars notabilis ptꝫ quia esset possibile quod volūtas prius ferreꝛ in obiectū q̄ esset cognitum quod est falsum quia tunc quodāmodo ferretur voluntas in incognitus Ex quo sequiꝛ correlarie quod si deus de potē tia sua vellet suspēdere actum suum concurrē di nō esset possibile quod esset pfectum Indi cium quia sequeretur perfecta acceptatio. ¶Quarto notādus est quod in nullo actu im perfecto cōsistit hūana felicitas ptꝫ p philoso phum decimo ethicoꝝ dicentem nihil enim eorum imperfectus q̄ felicitatis sunt. Item qa felicitas debet esse optimū bonū homini possi bile in hac vita Omne eīn impfectū reducitur ad perfectus. ¶Quinto notādum est qd actꝰ intellectus qui est cognitio vt sic immediatiꝰ attingit obiectum q̄ actus voluntatis. Probaꝛ quia actus voluntatis nunq̄ est circa obiectus nisi presupposita sentētia intellectus modo in tellectus bene ferreꝛ in obiectus sine alio actu ꝓsupposito. ¶Istis positis sit prima cōclusio actus in quo humana felicitas consistit siue sit actus voluntatis siue actus intellectus est circa deum obiectiue. ꝓbatur quia actus in quo cō sistit humana felicitas debet esse pfectissimus & nobilissimus inter omnes actus humanos. sed talis actus ē circa obiectum nobilissimum quod est deus igitur ptꝫ consequētia & maior etiam qa felicitas hūana cōsistit in actu & nō

Secūdus articulus.

Primus notabile

Secundum notabile

Tertium notabile

Quartum notabile

Quintum notabile.

Prima conclusio

in actu impfecto vt patuit per vnā suppōēs & minor nota est. ¶Scda cōclusio felicitas hūa na nō cōsistit in apphēsiōe abstractiua diuine essentie vel in actu iliā apphensionē cōseqn̄te probaꝛ qa talis actus est impfectus. ¶Tercia cōclusio & ꝓbabilis ē ista capiēdo fidē vt disti guitur cōtra noticiā clarā & euidentē felicitas nō cōsistit in actu fidei quo ad illa de quibꝰ na ti sumus habere noticiā pfectā. ꝓbaꝛ qa cm̄s talis actus fidei est impfectꝰ igiꝛ conseq̄ntia est nota & añs ē notū qa ibi nō est noticia vera & euidēs. ¶Sed circa hoc dubitaꝛ nūqd fides q̄ habetur de trinitate est nobilior q̄ sciētia q̄ ha betur de triangulo scꝫ qd habeat tres angulos equales duobus rectis. Et videꝛ ꝙ nō qa fides nō est noticia clara igiꝛ &c ¶Oppositū patet quia obiectū est pfectiꝰ ergo &c. Respōdeꝛ qd fides illa est nobilior sciencia quā habemus de triangulo & id dicebaꝛ in cōclusione q̄tum ad illa de qbꝰ nati sumꝰ habere noticiā clarā Mō de trinitate nō sumꝰ nati habere noticiā clarā sed si scientia eēt pfectior fide q̄ habeꝛ de illo de quo bene haberemus sciētiam nō sic esset. ¶Quarta cōclusio & respōsiua felicitas hūa na consistit in actu intellectus q est noticia pfe cta dei seu pfecta dei apprehēsio ꝓbatur sic p philosophū & senecā & alios philosophos mo rales qui pferebāt speculationē oībꝰ alijs acti bus humanis & sapiētiā q̄ est actꝰ intellectus. Secūdo ꝓbaꝛ qa intellectꝰ vt intellectꝰ ē poten tia nobilior in aīa q̄ volūtas mō potētia nobi lior sehꝫ nobilius in actu optio quē pōt ꝓdu re intellectꝰ q̄ in actu nobilissimo quē pōt pro ducere volūtas igitur ps cōña & añs ps ex di ctis. ¶Tercio sic nā dictū ē ꝙ intellectꝰ p actū suū imediatius attingit obiectū summe bonū q̄ volūtas p actū suum igꝛ cōña ē nota & añs ex terminis. Et añs pars qa pfecta volitio de deo presupponit pfectā dei noticiā. ¶Quarto sic multi tenuerūt ꝙ clara dei visio in intellectu beati simpliciter a deo depēdet & imediate sic ꝙ non p species itelligibiles ita ꝙ intellectus pure passiue se habet. Mō sic nō ē de actu vo luntatis qa actꝰ voluntatis non depēdet a deo totaliter imo ab actu intellectꝰ vt prius dictus est ergo sequiꝛ qd cōsistit in illo actu qui solus depēdet a deo & imediate. ¶Quinto arguūt aliqui sic & supponūt qd q̄cūq distincta post deū quoꝝ vnū nō includit allud pōt deꝰ sepa rare & sepatim conseruare mō ita est de clara dei visiōe & de dilectione dei pfecta: ergo deꝰ potest illos actus separare & separatim cōser uare. Volunt vlterius quod clara dei visio re manet in anima petri & dilectio corrūpaꝛ tūc de necessitate visionem dei sequitur dilectio quod non eēt nisi hūana felicitas consisteret

Secūda conclusio

Tertia conclusio

Dubitatio

In oppositum

Solutio dubitationis.

Quarta cōclusio respōsiua

Quīta ꝯclō in actu intellect⁹. ¶ Quinta ꝯclusio: felicitas
humaua nō ꝯsistit io actu iotellect⁹ reflexo ꝓ
batur quia actus iotelligēdi reflexus ē minus
perfectus & min⁹ nobilis q̄ actus rect⁹ saltem
respectu eiusdeꝫ obiecti igit̃ ꝯñoa est nota &
añs ꝓbatur qa actus reflexus hꝫ noticiā ꝓ ob-
iecto sed act⁹ rect⁹ hꝫ deū ꝓ obiecto. Ex quo
pꝫ ꝙ felicitas hūana ꝯsistit in optio actu in-
tellectus in recto & nō reflexo qui ē actus spe-
culationis & ē actus sapie vt pꝫ .i. methaphisi-
Arguitur ce. Sꝫ ꝯtra illd̄ arguit̃ qa prudētia ē nobilior
sapiētia ergo magis ꝯsistit in actu prudentie
igitur ꝯña est nota qa felicitas ē opatio scd̄m
virtutē pfectam & optimā añs ꝓbat̃ quia pru-
dentia ē magis necessaria ad bonū regimē po
licie q̄ sapia. Scd̄o ꝓbat̃ idē añs: nā scd̄ꝫ prudē
tiam dr̃ homo bonus simpliciter sꝫ scd̄ꝫ sapiē
tiam dr̃ bon⁹ scd̄m qd. igr̃ pꝫ maior quia q hꝫ
prudentiā hꝫ oēs virtutes vt pꝫ vi. ethicoꝝ. Et
minor nota ē qa ille dicit̃ solū bon⁹ cleric⁹ &c.
Tercio prudētia politica hꝫ oia ordinare vt pꝫ
i. politicoꝝ. Quarto sic prudētia ē certior igit̃
ꝯña ē nota & añs ꝓbatur qa prudētia ē circa
agibilia. sapiētia vero ē circa alta & diuina.
In oppositū ¶ Oppositum tñ pꝫ qa sapiētia ē caput respe
ctu oim alioꝝ virtutū vt pꝫ p philosophū .vi.
Pria ꝯclo. ethicoꝝ igit̃. Sit prima ꝯclusio & responsiua.
sapia ē melior & nobilior prudētia/pꝫ prio qa
est nobilioris obiecti. Scd̄o quia ē actus nobi-
lioris potētie ꝓut satis pꝫ p p̄dicta. Scd̄m pꝫ ꝙ
sit nobilior prudētia qa agibilia circa q̄ est pru
dentia sunt multū mutabilia: diuina aūt circa
que ē sapia nō sunt mutabilia vt notū ē. Et tūc
Ad rōnes ad rōnes. Ad primā neget̃ añs ad ꝓbationem
dr̃ qd̄ hoc nō arguit nobilitatē prudētie respe
ctu sapiētie qa q̄to ē magis necessariū tāto est
magis vtile & p ꝯns magis in aliud ordiatur.
Ad secundā ꝓbationē dr̃ qd̄ sapiētia ē ita ha-
bitus intellectualis sicut prudentia & vt sic hō
non dr̃ bonus vel malus simpliciter. Scd̄o dici
tur ꝙ ꝓpter habitus itellectuales vt sic homo
nō dicit̃ bonus aut malus simpliciter. Dicit̃ ter
cio ꝙ licꝫ hō dicat̃ bonus p prudētiā hoc est p
accidēs iuq̄tū p̄supponit virtutes dirigentes in
tellectū & volūtatē nō tñ simpliciter. Ad terciā
dicit̃ ꝙ ē verū q̄tum ad vsuꝫ sꝫ nō q̄tū ad scien
tiā siue sapiētiā in se: qa prudētia nō pōt face-
re quin sapia sit circa altissima. Ad quartā qñ
dicitur qd̄ prudētia ē certior. Dicitur qd̄ licet
sit certior q̄tū ad vsuꝫ: tñ sapia ē certior ex par
te obiecti scꝫ dei & de⁹ est certissim⁹ & ita cer-
tus ꝙ intellectus propter sui debilitatē nō pōt
cognoscere deū pfecte teste philosopho pro
hemio methaphisice dicēte/sicut se habet ocu
lus nicticoracis ad lumen solis sic se habet in-
tellectus noster ad ea que sunt certissima natu
re. Dubitatur vtrū felicitas speculatiua sit me Dubium
lior felicitate practica. Arguit̃ ꝙ nō qa illa feli Arguitur
citas est nobilior & pfectior q̄ melioribus & pfe
ctioribus inest sed felicitas practica est huius-
modi igitur: maior pꝫ ex terminis quia ex no
bilitate obiecti frequēter arguimus nobilitatē
actuū seu passionū minor pꝫ qa felicitas pra
ctica inest p̄latis & principib⁹ respectu suoruꝫ
subditoꝝ. Secūdo sic illa felicitas ē melior q̄ ē
minus solitaria sꝫ felicitas practica est huius-
mōi igitur. maior pꝫ qa sollicitudo maxie re-
pugnat felicitati quia dicit̃ .i. ethicoꝝ nō oino
felix est qui specie turpissim⁹ aut ignobilis so
litarius & sine ꝓle est. minor patꝫ per philoso-
phum septimo huius qui vocat vitā speculati
uam vitā abstractam & vitam practicā peregri
nam. Tercio sic illa vita est melior que se extē
dit ad plures act⁹ & opatiōes sꝫ vita practica ē
huiusmodi igit̃ minor pꝫ quia dicitur tercio
de consolatiōe ꝙ felicitas ē status oim bono-
rum aggregatione perfectus. & sic quāto quis
plures actus habet bonos tanto melior est. &
minor pꝫ per philosophū in isto septimo. nā
dicit ꝙ felicitas est: abstracta scilꝫ speculatiua
& nō peregrina. ¶ Oppositum patet per phi- In opposi tum
losophum in isto septimo dicētem quod feli-
citas seu vita speculatiua est melior. Pro quo Primum notabile
notandum est qd̄ duplex est intellectus qdaꝫ Duplex est
est practicus. alius est speculatiuus non ꝙ isti intellectus.
differāt sed quod anima dicitur intellect⁹ pra-
cticus respectu habituū practicorū & specula-
tiuus respectu speculatiuoꝝ. ¶ Secūdo notā- Secundum
dum est qd̄ felicitas speculatiua ē: q̄ ꝯsistit in Quid felici
actu sapientie respectu rerū principaliū specu tas speculati
labilium puta dei & intelligētiarū: sꝫ practica ua.
consistit in actu prudentie respectu optimo-
rum agibilium respectu ꝓximi. ¶ Tercio no- Tertium.
tandū est ꝙ titul⁹ dubij pōt intelligi dupliciter Titulus du
vno mō vtrū felicitas speculatiua sit melior & bii dupllici-
perfectior. alio mō vtrū sit melior idest vtilior ter intelligit̃
scd̄ꝫ ꝙ ē duplex bonū qddā est honestū & illd̄
est ꝓpter se q̄situ. Aliud est vtile qd̄ q̄rit̃ ꝓpter
melius se & hoc vt melius possit vt sunt pecu-
nie. Ex quo pꝫ quō quis abutitur pecunijs.
¶ Quarto notaodum ē ꝙ si queratur vtrū fe Quartum.
licitas practica sit vtilior felicitate speculatiua
ibi nō est ꝯpatio ꝓprie dicta sed abusiua sicut
dicit̃ ꝙ deus est melior dyabolo quia felicitas
speculatiua non est bonum vtile sicut patet ex
dictis immo sic aliquid esset melius se. ¶ Pria Pria ꝯclo
conclusio: felicitas speculatiua ē melior idest
perfectior felicitate practica. ista conclusio ꝓ
batur quia illa felicitas est melior alia q̄ consi-
stit in operatione secundum supremam eius
operationem & virtutem sed felicitas specula
tiua est huiusmodi igitur maior patet ex dif-

finitione felicitatis & minor pbatur qa felicitas cõsistit in ope sapiẽtie qd est op' virtutis secundũ quã maxime deo assimulamur. sed felicitas specularia est huiusmõi qa ipa cõsistit in actu sapientie q actus est speculari deum mõ illa opatio est pfectissima q deo attribuit vt si ymaginamur in deo intellectũ practicũ & speculatiuũ secundũ qd debemus tunc ille status est multo nobilior quo seipsũ intelligit q quo alia Tercio sic illa felicitas est nobilior q paucioribus idiget q illa que pluribus sed felicitas speculatiua est huiusmõi igit maior p3 qa illd est magis p se sufficiens. Et minor pbatur per dicta philosophi .x. ethicoꝝ & in isto septimo quia ad hoc qd aliquis sit felix felicitate speculatiua sufficit quod habeat victum & vestitum & nõ sufficit ad felicitatẽ practicã. ¶Quarto sic sapiẽtia est habitus intellectus pfectior ergo & actus eius est pfectior consequẽtia p3 & antecedẽs p3 p philosophũ sexto ethicorũ dicentem qd sapiẽtia est caput hñs respectũ omnium virtutũ ex parte obiecti & ex parte dei & intelligẽtiarum & obiectum prudẽtie ẽ agibile humanum ex parte potẽtie.

Secunda conclusio.

¶Secunda conclusio felicitas que est actus prudẽtie ẽ melior idest vtilior felicitate speculatiua & hoc loquendo de cõparatione abusiua. Probat nam illa felicitas est vtilior q magis pter aliud qritur quã pter seipsam sed felicitas practica ẽ huiusmõi igit maior & minor patet quia apud hominẽ bene regulatũ oẽs habitus querũtur propter cõtẽplationẽ dei qũ hoc est possibile homini in vita. ¶Scdo sic felicitas illa est vtilior q maxime consistit in bonis vtilibus s3 felicitas practica est huiusmõi & speculatiua non igitur maior patet quia felicitas practica consistit in actu prudẽtie respectu primoꝝ agibilium & ipsa requirit qd homo habeat honores filios & vxorẽ felicitas aũt speculatiua non vt notũ est. Et minor p3 per dicta. ¶Tercio sic illa felicitas ẽ vtilior q h3 nr̃os actus dirigere q illa q nõ h3 sed felicitas practica est huiusmõi igit minor p3 qa agere & dirigere ptinẽt ad prudentiã iõ dr̃ vi. ethi. q prudentia ẽ recta ratio rerũ a nobis agibiliũ. Ex istis p3 q felicitas ciuilis & practica ẽ melior speculatiua. tñ speculatiua ẽ multo nobilior & honorabilior.

Ad ratiões dubij

Ad rationes dubij. Ad primã negeẽ minor. ad pbatione dr̃ q oia illa ordinãt ad felicitatẽ speculatiuã & iõ antiquit' anq principes deberent principari eos oportebat prius artes liberales addiscere. Ad scdam cũ dr̃ felicitas illa est melior q est minus solitaria dr̃ primo q vita solitaria & solitudo nõ est sp vtiliter laudabilis s3 vituperabilis nec est secura immo periculosa quia homo est aial ciuile a natura aliomõ capitur vita solitaria vt hõ ducit eas vbi & qñ opꝫ & vt quodãmõ alijs bonitatẽ cõicet. Mõ dicit qd licz vita practica nõ sit solitaria tñ illa solitudo q repitur in vita speculatiua est multũ nobilior & melior. Ad terciã qñ dicit illa felicitas &c. negeẽ illa maior eo q oẽs ille opatiões ordinant in vnã felicissimã & pfectissimã opationẽ. Et sic p3 qd sit dicẽdũ ad dubiũ

Ad rõnes questionis

¶Ad rões principales qstionis. Ad primã qñ dr̃ felicitas cõsistit in illo actu quo meremur dicit q magis & principalit' cõsistit in actu intellectus eo q intellect' bñ iudicat de tali vel tali obiecto & voluntas nõ facit nisi se cõformare tali iudicio. Vnde si esset possibile qd voluntas eligeret vnum actũ sine intellectu ille act' nõ esset meritorius. Ad secũdam felicitas cõsistit &c. negeẽ illa: sed solũ pbabiliter. ad pbationẽ cũ dr̃ q caritas est habitus nobilissim', dr̃ q philosophus hoc negasset. imo dixisset q sapia est habitus nobilior. Et cũ dr̃ q caritas ẽ habitus nobilissimus cõpãdo ad alios duos habit' infusos sc3 ad fidẽ & spẽ p3 q adhuc nichil concludit imo aliq hoc negãt & dicũt q gr̃a ẽ habitus pfectissimus inter alios habitus infusos. & qd nũq põt stare cũ impfecto. caritas aũt bñ põt stare cũ ipfecto Ad terciã qñ dicit felicitas magis &c. dr̃ negãdo primã cõseqñtiã qa eadem rõe seqretur qd felicitas cõsisteret i actu visiue potẽtie qa p actũ talẽ hõ vnit cũ visibili alio mõ dr̃ q hõ eque bñ vnit imo ĩmediaci' p actũ intellectus deo vnit q p actũ voluntatis patet qa volũtas nihil vult nisi sit p̃iudicatum esse bonũ p intellectũ. Et iõ dicit philosophus iii. de aĩa q intellectus est qdãmõ voluntas & sic cõcessa maiore negetur minor scdm q pl' vnit imo dicitur q si intellectus pducat habitum debite iudicãdo seqtur de necessitate acceptatio vel refutatio. Et qñ dicit .ix. ethicorũ amãs per amicitiã trãsfertur in amatũ bñ concluditur. sed dr̃ quod hoc radicalius cõsistit in actu intellect' qa intellect' iudicat & discernit quid ẽ faciendum. Ad quartã cũ dicit felicitas magis cõsistit in illo quo qs deo magis placet concedit illa. sed negeẽ minor. Et ad pbationem quãdo dicitur q vetula nõ plus &c. dicit quod vetula nõ prius diligit deũ quã scit & credit eum esse diligẽdum & p consequẽs hoc magis cõsistit in actu intellectus & quia scit & credit quod precepta dei sunt tenẽda idcirco diligit deum. Et ideo dicitur de clerico qd magis errat si delectationes magis mouent eum. ¶Ad quintam dicitur quãdo dicitur felicitas &c. negetur minor & causa est quia actus voluntatis nunq esset nisi prius esset actus intellectus eo quod in tali actu hũana felicitas consistit. Et quando dicitur ille actus est melior

qui solum reperitur inter bonos dicit qd hoc non arguit pfectionem boni. ¶ Ad sextã dicitur quod in illo casu cõsistit que est potentia q̃ semp fert in bonum. dicit negando vniuersaliter istam maiorem dicit quod volũtas nunq̃ fertur in bonũ nisi quia intellectus prius iudicauit ꝙ illud est bonũ. Et sic pꝫ quod actus intellectus est melior & nobilior. ¶ Ad septimã quando dicitur ꝙ felicitas cõsistit in actu qui est delectabilior cõceditur maior sed negatur minor. ad ꝓbationẽ dicitur ꝙ verũ est dũmõ hoc sit per se & nõ aliũde. ¶ Ad octauã quando dicit odire deum est peius q̃ ignorare ipm dicit etiam distinguẽdo de ignorare, vnomõ ꝓvt dicit priuationẽ. aliomõ vt dicit penuriã cognitionis seu actus vbi est noticia maxie erronea vt si qs diceret ꝙ maxime deus est odiẽdus. & sic maior erat falsa. Aliter rñdetur negando conseqñtiã qa ibi nõ est eq̃lis oppositio sed cõtraria & priuatiua sunt ibi. ¶ Ad. ix. dicitur felicitas cõsistit in dilectiõe seu actu dilectionis q̃ est delectatio intellectus. ¶ Ad decimam negeẽ minor & dicit qd intellectus ẽ liberior libertate que est gr̃a suipsius q̃ est nobilior libertate oppõnis. ¶ Ad vndecimã qñ dicitur actus voluntatis est nobilior negeẽ. ad ꝓbationeꝫ negeẽ cõna qa ꝑ auctoritatẽ phi. ix. methaphisice dicit ꝙ illa auctoritas intelligit de eadem re mõ sic nõ est in ꝓposito. ad ꝓbationem negeẽ añs: & dicitur negãdo primã cõsequentiã scꝫ scdm actus volũtatis hõ dr̃ bonus simpliciter & nõ scdm actum intellectus igiẽ melior. qa est instãtia: scdꝫ tẽperantiã hõ dicit bonus simpliciter & tñ scdm prodẽtiã nõ: sed solum dicit bon⁹ politic⁹ & tñ notũ ẽ qd prodẽtia est melior tẽperãtia. ¶ Ad rõnes post oppositũ: sunt pro dictis in questione.

¶ Questio sexta

Queritẽ. vi. Vtrũ ex dispositiõe regionis bñ vel male disposite politizãs habeat politizare idẽvtrũ politizãs habeat ex dispositione regionis in qua habeitat bene vel male politizare. Et arguitur ꝙ nõ qa si sic esset sequereẽ ꝙ politizare inesset homini a natura cõns est falsum qa inest a virtute & a volũtate. Et ꝓbaẽ cõns qoia illud qd inest hõi ex dispositione loci inest sibi a natura. ¶ Scdo si sic esset seqretur qood politizare inesset homini necessario cõns est falsum qa inest homini pure libere. Et ꝓbaẽ illa quia illa q̃ insunt ex dispositiõe loci isunt a natura ergo necessario. ¶ Tercio sic aliqui sunt inepti ad politizãdũ igitur conseqñtia tꝫ quia nullus existentiũ a natura cõtingit aliter assoe sci. ij. ethicorum añs pꝫ qa aliqui sunt ydonei ad virtutes & aliq ꝑni ad vicia. ¶ Quarto si sic

Arguitur

esset sequereẽ ꝙ ꝓpter bñ vel male politizare hõ nõ deberet laudari vel vituꝑari vt pꝫ de se. igitur Et pꝫ cõna qa postq̃ hoc inest homini secundũ dispositionẽ loci vel regiõis nõ esset in potestate hominis ꝙ bñ vel male politizaret/ quia propter illa q̃ nõ sunt in potestate nostra nõ laudamur nec vituperamur. ¶ Oppositũ pꝫ ꝑ philosophũ in írã dicenteꝫ qd aliq ex dispositiõe regiõis vel loci hñt qd bene vel male politizãt. Et cõfirmaẽ qa põt fieri q̃stio scꝫ vtrũ aliqui ex dispositiõe loci vel cõplexiõe habitationis fiant virtuosi vel viciosi. In q̃stone erunt duo articuli. In primo erũt notabilia. In scdo conclusiões. ¶ Quantũ ad primũ articulũ. Primo notãduꝫ est ꝙ dispositio regiõis ciuitatis vel loci attẽditur penes tria scꝫ penes dispositionẽ qualitatiuã scꝫ quia minus calida vel frigida est. Scdo mõ penes quãlitatẽ seu mensuram vel extẽsionẽ regiõis qa sufficit ad fructificãdũ toto populo. Tercio penes sitũ regiõis verũ est tñ ꝙ in tulus q̃stonis intelligiẽ quo ad dispositiões qualitatiuas siue quo ad primas qualitates vel alias fluxas a deo. ¶ Scdo notãdum ẽ ꝙ situs regionis vel loci dupliciter põt attẽdi. vno mõ potiũ⁹ attendere sitũ in ordine ad celum & torridã zonã. alio mõ penes locum ꝓpriũ in ordine ad aerẽ. ¶ Tercio notandum ẽ ꝙ dispõ qualitatiua regiõis multipliciter diuersificaẽ scdm qd illa regio alteri vel alteri respectui celi & astrorũ seu planetarũ sobicitur scꝫ scdm diuersitatẽ aspectuũ celi vel partium quib⁹ est illa regio subiecta. Pꝫ qa dr̃. i. metheororũ necesse ẽ hũc modũ inferiorẽ eẽ cõtinuũ idẽ cõtiguũ latiõibus superiorib⁹ vt tota virtus eẽ inde gubernet. Et si pꝫ ꝙ ois virtus nõ libera gubernaẽ a corporib⁹ superioribus ꝓvt si ois distribuit ꝑ singulis spẽbus indiuiduorũ. ¶ Quarto notãdum ẽ ꝙ diuersitas cõplexionũ hũanarũ ẽ ꝓpter diuersitatẽ regionũ pꝫ cõclusio ꝑ expientiã oĩa videm⁹ ꝙ ꝓpter hoc nõ solũ hoies variãẽ in cõplexiõib⁹ hũanis imo in morib⁹. Et ꝓbaẽ rõne qe dr̃. iiij. phisicorũ ꝙ locus ẽ generatio⁹ & cõseruatiu⁹ locati & sic pꝫ ꝙ locatũ trahit dispositionẽ cõuenientẽ loco tali. ¶ Quinto notãdũ est qd q̃to cõplexio hũana ẽ simplicior & viuatior tãto sẽsus exteriores sunt puriores viuatiores & subtiliores & ꝑ cõns tãto intellect⁹ ẽ pfectior & subtilior qa supponiẽ qd quãto sensus exteriores sunt viuatiores tãto magis pñt deseruire intellectui qa intellectus nihil agit nec itelligit q̃diu ẽ in hoc mũdo nisi cũ ministerio sensus. Et ideo dr̃ in primo phisonomie aristotelis aie insequũtur corpora. Sed dicitur secundo de anima molles carne aptos mente dicimos tamen ꝓpter hoc pars hominis superior cõprehendẽs animam

In oppositum

Primus articulus

Primum notabile

Penes tria loci dispositio attẽditur

Secundum

Dupliciter põt attẽdi loci situs.

Tertium.

Quartum.

Quintum

rationalē & intellectiuam & partem volitiuā nō necessitatur i suis opationibus. Correlarie sequitur q quāto dispositio regionis est melior tāto vt in pluribus potentie hūane melioribus hitib⁹ hituātur p3 correlariū ex dictis qa tāto potentia hūana potest meli⁹ quanto. &c. Est

Notabile. etiam sciēdū q politizare iest hōi ab appetitu inciatiue & a voluntate hituata determinate inest patet qoia quilibz appetitu naturali vel leti alterū dñari. sed qd a volūtate hituata determināte inest hoi p3 qa ad bñ vl male politizandū reqrif determinatio voluntatis. Vltimo

Vltimum notabile. Polizsaf dicitur iceē homini du pliciter. sciēdum est qood politizare bene vel male ex dispositione regionis inesse hōi dupliciter intelligitur. vno modo quod insit hōi dispositiue seu inclinatioe. alio modo q sic politizare inest hōi ex dispositione loci completiue & p fectioe. ¶ Qoantumad secundum articulu3.

Secūdus articulus. p̄ia cōclo. Sit prima conclosio: politizare bñ vel male ex dispositione regionis vel loci completiue & p fectiue non inest homini a natora. Probaf cōclusio per rationes añ oppositum factas quia sic essentialiter omnibus hominibus ineēr sic q non laudaremur vel vituperaremur secundum nostras operationes. ¶ Seconda conclu

Secunda conclusio. sio politizare bene vel male inest hōi ex dispositione loci vel regionis inclinatioe seu aliqoo modo inchoatiue probatur conclusio quia p illod politizant politizantes sic vel sic inchoatiue solum modo p qd disponuntur vel inclinantur sic vel sic ad virtutes sed hoc est ex dispositione loci complexionis qd homines cōplexionantur. Et ista conclusio est de intentione philosophi s3 ex isto stat q politizātes cōpletioe & perfectioe politizant libere & px re volontarie. Et similiter dicendum est de q̄stione mota alias scilicet quod homines solus hñt virtutes a natura inclinatiue sed non perfectiue & completiue. ¶ Ad rationes dicitur

Ad rōnes quod omnes rationes añ oppositum sont pro prima conclusione & auctoritates philosophi post oppositu3 sunt pro secunda conclusione.

¶ QVESTIO SEPTIMA.

Q Verif. vij. Vtrum illi q mediant secundum loca sint optime politizātes idest vtrum illi qui habitantin regionibos temperatis sc3 medijs inter regionem nimis calidam & nimis frigidā sint optie

Arguitur politizātes. A r q nō quia habitātes in regionibos sic tēpatis ñ sunt aiosi i; r patet coña qa ad optie politizādū reqrif aiositas. Et añs p3 qa tales q hitāt regiōib⁹ frigidis sunt magis aiosi & audaces pp̄ter frig⁹ circūstās. ¶ Secūdo sic illi qui hitār i regionib⁹ sic medijs non sunt intellectu & rectitudine rōis vigentes ergo p3 coña qa ad optime politizādū requirif prudētia & vigor intellect⁹. Et añs pbaf quia hitātes i regiōib⁹ calidis sūt vinatiores subtiliores & sapientiores. ¶ Tertio mō sic illi qui mediāt scd3 loca si essēt meli⁹ politizātes scq̄rēr q tales eēnt optie politizātes & pricipātes a natura cōsis est fīm quod patet qm tūc tales semper essent politizātes eo qd illd qnod iest a natura inest semper. Sed hoc est contra philosophom dicētē q i grecia q̄ē terra temperata foerūt multi tirānt obligarcie & democratie. sed coña patet qm illd qd inest alicui ex dispositione regionis iest sibi a natura. ¶ Qoarto sic dispositio regionis nihil facit ad debite vel male politizādū igr coña ē nota & añs probaf qa bñ vl male politizare inest ab intellecto practico sc3 a rōne & arte & per coñs non ex dispositione regionis. ¶ Oppositū ē de itē

In ppositum. tione phī in isto. vij. vbi ponit q mediātes secundū loca sūt optie politizātes. ¶ In questione erūt duo articuli. In primo erunt notabilia In secundo conclusiones. ¶ Quantum ad pri

P̄im⁹ articulus P̄mum notabile. tuo requirunt ad politizādū mom articulū. Primo notandū est q ad optie politizādū duo reqrūtur principaliter sc3 prudētia & aiositas. Primo declaraf de prudētia qa talis hō debet primo preuidere futura & puidere finē policie & talis debet eē sic qd sciat inuenire finē & media ad talē finē. & talia debēt iueniri mediāte rectitudine rōnis. & hoc nō pt fieri nisi mediāte prodētia qa rectitudo rationis ñ ē fine prudētia vt p3 p ph3. vi. ethicorum. Secondo requiritor aiositas qa politizātes debēt attendere circa ardua facta vt possit insultus inimicorum repellere suorum. Modo aiositas iclinat ad ardua & difficilia & per cōsis debet esse magnanimus. ¶ Secūdo notā

Secūdū notabile. dum est qood vt in pluribus habitantes in regionibus frigidis sunt virtoosi & audaces valde. & cā naturalis ē ista qa illi sic hitātes habēt naturalē calorem moltum fortem qoi fortificatur pp̄ter frigos circūstās p antiparistasim Et ista etiā ē cā quare digestiones sunt meliores i hieme q̄ i estate & sic ipsi habēt multom sanguinē & multos spūs & sic tales spūs iouāt ad faciendū magnum fructum & incendunt quia sūt feruentes quia bene possunt digerere & habent mliū sāguinē. ¶ Tertio notādu3

Tertium notabile. est qd ppī eādē cām pp̄ter quā tales hitātes i talib⁹ ptib⁹ sūt aiosi & audaces tales sunt brn tales carentes vso rōnis prudentia & rōne. Et cā ē qa pp̄ter pistasim rōne frigoris circūstantis gñaf molt⁹ sāguis grossos circa cor & torbulēt⁹ & sic ymagines rerū si iptimāt in organo reseruatiuo stati remouēt & difficulter iptimūtur pp̄ter grossitatē mēbrorum. & sic itellect⁹ in illis deficit in iodicijs suis. Ex istis pat3 qd habitantibus in talibus regionibus mirabili-

tet frigidis sunt animosi & habent animosita rem irregulatam & immoderatam. & sunt in= habiles ad factum comprehendendum. Et iõ dicit aristoteles quod existentes prope euro= pam sunt mali ad politisandum.

Quartum notabile.

¶Quarto notandum est quod vt in pluribus habitantes in regionibus notabiliter calidis sunt timidi & verecundi. tamen sunt intellectu & ratione vigentes & subtiles. Primo quia non sunt ani= mosi sed timidi patet: quia propter calidũ cir cunstans pori aperiuntur & sic calor extrinse= cus facit calorem naturalem intrinsecum exa lare & facit male digerere & paucis nutriun= tur nutrimentis. & per consequens non gene= ratur multus sanguis. & ideo non habent ma= gnum feruorem circa cor & sic non sunt auda ces sed tales sunt subtiles & ratione vigentes quia licet in eis non generetur multus sãguis tamen generatur sanguis purus mũdus & ge tus: & sic munde & clare ymagines rerum i in tellectu eorum representantur & etiam imp= mũtur faciliter & sciũt inuenire dolos & frau= des ad aliquem finem deueniendum. Ex istis sequitur quod habitantes in istis regionibus medijs scilicet inter nobiliter calidos & nota biliter frigidos sunt animosi subtiles & ratiõe vigentes. Et ideo dicit philosophus genus grecorum mediat ad politisandum.

Quintum notabile. questio du pliciter itelligitur

¶Quinto notandum est quando queritur in questio= ne. &c. hoc potest intelligi dupliciter vno mo do sic habitantes inter regionem notabiliter calidam & notabiliter frigidam secundũ com munem regionis dispositionem & vt in pluri bus sunt meliores ad politisandum. alio mo= do virum tales secundum ptĩalem dispositio nem regionis vel propter aliquam tempora= lem influentiam sunt aptissimi inter ceteros ad politisanduz.

Sextum notabile.

¶Sexto notandum est quod si cut prius dictum est dispositio regionis seu lo cus inclinatiue dispositiue inchoatiue & de p accidens confert ad bene vel male politisan= dum. patet quia confert ad bene vel male mo raliter viuere. Et non dico quod necessario.

Secũd⁹ ar ticulus. Prima cõ clusio

¶Quantum ad secundum articulum. Sit pri ma conclusio: illi qui habitant in regione ex= cessiue frigida & notabiliter vt in pluribus & secundum regionis dispositionem sunt inepti ad politisandum & principandum licet tales sint animosi & audaces tamẽ talis audacia nõ est regulata illi qui non sunt animosi vt iã di= ctum est.

Secunda conclusio

¶Secunda conclusio: de intentione philosophi habitantes in regione media scili cet inter excessiue calidam & excessiue frigi= dam vt in pluribus secundum communem di spositionem regionis sunt inter ceteros opti= mi ad politisandum. patet quia tales habent de animositate & prudentia. Et etiam dicitur quod tales non sunt ita subtiles sicut habitan= tes in regionibus excessiue calidis. Et ideo di cit philosophus quod habitantes in regioni= bus medijs sunt participantes in vtroq; & di= citur notanter vt in plĩbus & secundum com= munem regionis dispositionem quia conclu= siones alias non essent vere.

Ad rõnes questionis

¶Ad rationes. Ad primam negetur antecedens immo sunt animosi animositate regulata & ordinata. Ad probationem dicitur quod tales sunt animo= siores animositate inordinata non tamen ani mositate bene regulata. ¶Ad secundam dici tur consimiliter negando antecedens. Ad p= bationem dicitur quod ibi reperitur prudẽtia non tamen animositas. ¶Ad tertiam negetur consequentia & consequens & hoc loquendo de natura iclinante dispositiue & de p accidẽs solum. ¶Ad quartam quando dicitur dispo= sitio loci confert ad dispositionez locati nega= tur antecedens nisi inclinatiue & dispositiue: non tamen completiue et perfectione sed ab intellectu intelligente & voluntate volente & ratione dictante & hoc bene cõceditur. ¶Ra tio post oppositum est pro dictis.

¶QVESTIO OCTAVA.

QVeritur octano. ¶Vtrum i policia bñ recta vsus armorum sit licitus.

Arguitur

Aĩ quod non: illud non est licitum per qd homines inhabilitantur ad sacros ordi nes & diuinũ cultum. sed hoc est per vsum ar= morum igĩ. Maior patet quia per licitum nul lus inhabilitatur vt videt. Et minor patz ex or dinatione decretorum quia videmus q᷑ tales ad diuinum cultum non promoventur. ¶Se= cundo sic illud non est licitum per quod pxi= mi leduntur. sed hoc est per vsum armorũ igi= tur. Maior est nota. Et minor probatur qa sit illud qd quis non vellet sibi fieri. ¶Tertio sic illud non est licitum quod est prohibitum. sz multis est prohibitus vsus armoruz. ¶Quar to nisi sic esset. sequeretur quod vindicatio p penas tollentes vitam esset illicita consequens est falsum sicut habetur Iudith tredecimo ca= pitulo: de bes zizaniam idest filios malos eradi care & patet consequentia quia vsus armo= rum est interfectio mutilatio & sic de alijs.

In oppositum

¶Oppositũ pz p phm̃ scdo capitulo hui⁹ di cẽtẽ qd vs⁹ armorũ ẽ sũme necessarius policie.

Prim⁹ ar ticulus. Primum notabile.

In q̃stione erũt duo articuli. In prio erũt nota= bilia & cõclones. In scdo videbimus de penis & generib⁹ penarũ p q̃ sit vĩdicatio. ¶Quan= tũ ad primũ articulũ. Prio notãdũ ẽ q᷑ vsus ar= morũ ẽ defẽsio vl inuasio i generali. apparet qa inuasio vel defensio ẽ finis pp̃ter quẽ arma sũt cõstituta.

Correlariũ duplicia sunt ar ma.

¶Ex notabili sequitur q᷑ duplicia

sunt arma quod 3 sunt inuasiua. Alia sunt de
Secundum notabile. fensiua ¶ Secundo notandum est q̄ differen
tia est inter arma inuasiua & defensiua. Nā ar
ma defensiua sunt appropriata ciuitati: quia
quilibet potest se defendere: sed arma inuasi
ua sunt appropriata alicui parti ciuitatis scilȝ
Tertiū notabile. viris bellicis. ¶ Tertio notandum est q̄ sicut
dicit philosophus in isto libro sex sunt partes
principales in ciuitate: scȝ sine quibus nō po/
test esse ciuitas: vt agricole: artifices: bellici di
uites: seu opulēti: iudices: & cōsiliatiui & ideo
in ciuitate requirunt viri bellici de necessita
Quartum te. ¶ Quarto notandum est q̄ questio itelligi
tur de policia bene ordinata simplr vel saltem
quo ad finē ad quē policia tendit seu ordinat
vt in regno vł tirāide & sic de aliis. In regno vt
Quintum vsus armorū in ciuitate duplex in policia bene ordinata. ¶ Quinto sciendum
est q̄ vsus armorum dupliciter potest esse in
aliqua ciuitate. Vno mō pro causa iusta. Alio
Prima cōclusio modo pro causa iniusta. ¶ Prima conclō vsus
armorum in policia pro causa iusta est iustus
& licitus simpliciter loquendo adhuc de vsu
armorū inuasiuorū. probat nā illud est licitum
per se sine quo ciuitas nō esset per se sufficiēs
sed hoc non esset sine armorum vsu p̄ causa iu
sta: ergo cōña est nota. Et maior & minor pa
tent. quia ꝓpter hoc scđm phm̄ arma inuasi
Secunda conclusio. ua sunt inuenta. ¶ Secunda conclō. vsus armo
rum ꝓpter cām iniustā est illicitus ꝓbatur qa
illud est illicitum quod non fit secundum finē
ad quem debite ordinatur: sed talis vsus pro
causa iniusta est huiusmodi: igitur. Maior pa
tet quia vti re ad aliud q̄ ad finem ad quem est
ordinata est abuti: modo non est sic in ꝓposi
to. minor nota est ex dictis. ¶ Quantū ad se
Secūdus articulus cundum articulum. Videndum est vtrū vindi
Dubium catio que fit per penas consuetas sit licita/
Arguitur. ¶ Et videtur q̄ nō. quia p hoc peccatū & scā
dalum alicuius manifestatur: igitur. Patet cō
sequentia. quia illicitum est manifestare pec/
catum ꝓximi sui. Et antecedens notum est vt
ptȝ ex dictis. ¶ Secundo sic. Pro nullo pecca/
to mortali licitum est vindicare per penā: igit
Cōsequentia patȝ Et añs ꝓbat. qa si sic seque
retur q̄ quicūq; in peccato mortali caderet si
militer deberet puniri. cōns ē fīm vt notū est.
Primū notabile Et ptȝ cōña de se. ¶ Pro isto notandū est q̄ i
genere reperiunt sex que maxime homo dili
git: scȝ corporis vitam incolumitatem corpo
ris libertatem suiipsius & bona exteriora glo
riam & patriam. ¶ Secundo notandum est. cō
Secundum formiter reperiuntur sex genera penarum si
cut recitat Tulius: scilicet mors per quam pri
uatur homo vita. secundum est verberatio si
ue tallio. tercium genus est seruitus per quem
ponitur in carcere. quartum genus est dānum
quintum est exilium p quod tollit a patria. sextū
est ignominia. ¶ Tertio notandum est. q̄ dif
ferētia est inter penā eternā & corpalē Appet Tertiū ē ferētia inter penā eternā & corporalem
Nā pena corpalis dat tanq̄ medicina ad corri
piendum illum qui recipit penas/& alios pro
exēplo: sed pena eterna non dat tanq̄ medici
na: sed dat tanq̄ in premiū correspondens cul
pe/non tanq̄ medicina. ¶ Sed tūc dubitat de Dubium
primo genere. quia est pena temporalis & nō
datur in medicinam recipientis penam / licet
detur in remedium aliorum. ¶ Prima cōclu Prima cōclusio.
sio. Vindicatio facta per penas consuetas pro
pter iustas causas est licita. probat quia vt di
ctum est indigemus iudicibus tanq̄ necessariis
in policia modo iudicis est penam infligere.
¶ Ad rationes. Ad primam quando dici
tur per vindictam manifestatur &c. Dicitur q̄ Ad rōnes dubii
peccatum hominis est duplex: scilicet quod
dam est notoriū/& tale nō manifestat. Aliud
est occultum & si illud nō tēdit in vituperium
totius communitatis/propter illud homo nō
debet menifeste vindicari. ¶ Ad secudam
negat hoc si tale peccatum sit publicum. Et si
querat causa quare magis pro vno peccato
mortali q̄ pro alio. Dicitur q̄ hoc est. quia q̄
dam sunt peccata propter que respublica im
mediate ledit vt furtum rapina homicidium.
Alia sūt peccata ꝓpter p que respublica nō le
ditur immediate vt mendacium & sic de aliis
& ideo non oportet q̄ propter hoc fiat vindi Ad rōnes pricipales.
catio. ¶ Ad rationes principales. Ad primam
dicitur. q̄ arguit q̄ vsus armorum inuasiuorū
est appropriatus alicui parti ciuitatis: scilȝ vi/
ris bellicis vt dictum est in primo articulo. qa
in hoc differunt inuasiua arma a defensiuis.
¶ Et si dicatur adhuc illa pars ciuitatis inabi
litatur ad ordines sacros. Dicit q̄ hoc non est
propter talem vsum sed propter reuerentiam
ecclesie & dignitatem status & excellentiam
secerdotii. ¶ Ad secundā quando dicit illud
non est licitum &c. cetera. Conceditur si non
vellet fieri secundum ratiōem recte ordinatam
Et vlterius dicitur q̄ homo dȝ iuste puniri: si
scandalizauerit aliquē. ¶ Ad tertiam negatur
minor. Et dicitur q̄ vsus non est ꝓhibitus in or
dine ad viros bellicos. ¶ Ad quartam conce/
ditur consequens & consequentia/& hoc si fi/
at per iustam causam. Et quando dicit Iudith
decimotercio capitulo deus prohibet. Dicitur
q̄ illa prohibitio non habet locum nisi in ca
su in quo esset q̄ cum illa eradicatione eradi
carentur boni homines/& hoc est beneverum
Et ita dicunt expositores. ¶ Ratio post op
positum &c.

QVESTIO NONA.

Arguitur.

QVerit nono Vtruȝ sacrificare deo
sit homini naturale. ¶ Et arguitur
ꝙ nõ q̄ si sic sequeretꝛ ꝙ hõ in of
ferendo sacrificiũ deo nõ mereretꝛ. cõñs ē fal
sũ. & pȝ cõñs q̄ in hiis q̄ insũt nobis secundũ
naturã nõ meremur nec demeremur quia nõ
sũt ĩ ptãte nr̃a. ¶ Scđo sic. q̄ si sic sequeretꝛ ꝙ
apud iustos & sãctos cõtinue & in oĩ tpe sacri
ficia fuissent deo oblata. Cõñs est falsuȝ quia
adã non legitꝛ deo fecisse sacrificiũ/nec etiam
Abrahã. Et pȝ cõña quia q̄ insunt a natura
apud omnes debẽt repiri: scȝ ĩ oĩbus nõ orba
tis cuiusmodi sont sancti ¶ Tertio sic. si sic se
queretur ꝙ apud omnes homines sacrificiuȝ
inueniretur/ & apud omnes homines eodem
mõ fieret. cõñs est fl̃m. quia aliq̄ sacrificabant
ĩ panib⁹. alii in animalibus. ꝑȝ consequentia.
quia quod inest a natura eodẽ mõ inest & vbi
q̄: sicut ignis hic & parisius ardet similiter.
¶ Quarto sic. Nã dicit Augus. quarto de ci
uitate dei. sacrificia fiunt ĩ quadã significatõe
& maxĩa signa sunt voces/ vt ideȝ dicit de do
ctrina xp̃iana. Et habetur primo piarmenias
Voces sunt signa eoꝛuȝ q̄ sunt in anima pas

In oppositum

sionum oote. ¶ Oppositũ arguitur. q̄d reperi
tur apud omnes homines & in omni etate ẽ a
natura & naturale: sacrificare deo ē huiusmo
di ergo pȝ quia apud omnes hoĩes saltẽ vten
tes ratione legitur & visum ē ꝙ scđm exigen
tiam temporum faciebant sacrificia. Sed phi
losophus septio hui⁹ capitulo vndecio/ & de
cimotertio tractat de sacerdocio cui cõpetit
sacrificarꝫ deo ¶ In q̄stiõe erũt tres articuli. In
prĩo videbitꝛ de quesito. In scđo vtrũ soli deo
sũma sacrificia sunt adhibenda/ & tertio vtrũ
ad oẽs hoĩes ptinet sacrificare deo. ¶ Quãtũ

Prim⁹ articulus. Primum notabile.

ad primũ articulũ primo notandũ ē ꝙ sicut di
cit sanctus Tho. in tertia parte sũme q̄stione.
xii. articulo secundo oẽ illud est sacrificiũ q̄d
deo exhibetꝛ ad hoc vt spũs hoĩs in deuȝ fera
tur. Et ista diffinitio oblationi cõpetit. ¶ Se

Secundus q̄ntouplr intelligitꝛ.

cundo notandũ est ꝙ titul⁹ questionis põt du
pliciter intelligi. Vno mõ vtrũ offerre deo ho
norẽ & reuerentiã sit hoĩ naturale ita ꝙ sit de
iure naturali/ & non tm̃ positiuo. Alio mõ vtrũ
offerre deo sacrificiuȝ tale vel tale insit homi
ni de iure naturali vel positiuo. ¶ Tertio no

Tertium

tanduȝ est ꝙ illud dicitur inesse de iure natu
rali q̄d absolute consideratũ & cõiter ē natura
le: ita ꝙ illud ius naturale iclĩat: sȝ mod⁹ q̄ sit
est positiu⁹ & volũtarios. etiã in cõstitutione
hũana naturale ē ꝙ mali puniãtꝛ: sed ꝙ tali vl
tali pena hoc ē voluntarium & in cõstitutiõe
hũana & in executiõe/ & ideo lȝ quilibȝ homo
ad hoc tenetꝛ: scȝ sacrificare deo/ nõ tm̃ sequitꝛ

Quartum

ꝙ ex obligatione iuris naturalis q̄libet eodẽ
mõ iclinetꝛ. ¶ Quarto notandũ ē ꝙ de iure na
q̄dlibet inferius cognoscẽs se eẽ inferiorẽ obli
gatꝛ obligatiõe indissolubili exhibere honorẽ
& reuerentiã deo q̄tũ est sibi possibile. Nã in
gratũ est facere oppositum: nã ingratitudo ē
vitium/ & cõtra naturam: ergo sequitꝛ ꝙ obli
gatio qua quis tenetꝛ ē naturalꝭ. Ex hoc sequitꝛ
ꝙ non est possibile ꝙ creatura rõnalis sit: &

Prĩa conclusio

ꝙ deo non obligata sit loq̄ndo de obligatiõe
naturali. Sit ergo prĩa conclusio: sacrificiũ ab
solute consideratuȝ est hoĩ naturale & de lege
naturali pbatꝛ q̄ de lege naturali est ꝙ q̄dlibȝ
inferius cognoscens se eẽ inferi⁹ faciat hõreȝ
& reuerentiaȝ suo supiori: sed creatura q̄libȝ
rõnalis est hmõi & hoc respectuȝ dei: ergo pȝ

Secunda conclusio

cõña & añs similiter. ¶ Scđa conclo: sacrifica
re deo tali vel tali vel sub tali mõ non est natu
le hoi. pȝ p rões fcãs añ oppositũ q̄ sacrificia
non fiunt eodem mõ apud hoĩes apud quos
fiunt ergo &c. ¶ Quantũ ad secundũ ē viden

Secundus articulus

dum vtrũ soli deo sacrificia sunt offerenda/

Dubium Arguitur.

¶ Arꝫ ꝙ nõ. viris sanctis sunt sacrificia offeren
da: ergo. pȝ cõña & añs pbatꝛ quia sacrificiuȝ
est vt deo offeranꝛ sacrificia: & illis qui sunt di
uinitatis pticipes: mõ oẽs sãcti sũt hmõi. Et iõ
dicit Boe. nõ ē inconueniens plĩmos eẽ deos
pticipatiõe. Itẽ in psal. ego dixi dii estis. Scđo
sic. angelis sunt sacrificia offerenda. ergo pȝ
cõña/ & añs q̄ q̄toq̄ȝ est melior tanto magis
ei sunt sacrificia offerenda: modo videm⁹ ꝙ
serui dñis faciunt sacrificia. ¶ Tertio sic.
templa deo & altaria fiunt ꝓpter sacrificia &
tamen illa non solũ fiunt ꝓpter honorẽ & re
uerentiã dei: imo etiam aliorũ scõrum ¶ Pro

Primũ notabile q̄ñ ē int oblationes decimas sacrificia & primitias.

quo est notandũ ꝙ ꝓprie vtendo teris diffe
rentia est inter oblatiões & decias & sacrificia
nam sacrificia dicuntur circa res oblatas deo
propter quod fit aliquod ministerium vt fra
ctio panis vel oblatio seu occisio animalis vt
faciebat antiqoitus: sed oblatio est quando
circa tales res oblatas deo nihil fit. sed primi
cie dicuntur oblationes non tamen sacrificia
cum hoc addito/ ꝙ tales fiant de primiciis re
rum possessarum: scilicet de partibus puriori
bus/ & non vilioribus: sed decime no sũt sacri
ficia/ quia nihil fit circa eas. Nec sunt oblatio
nes/ quia non immediate deo offeruntur: sed
solum ministris diuini cultus. ¶ Secundo no

Secũdum q̄d significat sacrificium exteri⁹

tandum est ꝙ sicut dicit Augustinus. sacrifici
um fit exterius ad aliquid significandum Vn
de sacrificium significat aliquod interios spiri
tuale sacrificiom quoad animam quo anima
ipsa offertꝛ soli deo tanq̄ soli principio sue cre
ationis Ex quo patet ꝙ est duplex sacrifici
um scilicet corporale & spirituale corporale

est quando aliquē honorē corpalē exteri⁹ exhibemus exhibet deo vt per hoc opetur aia aliqd offerendo deo corpus suū cum seruicijs & reuerentijs corpalibus. sed spūale est qñ pura aiam suā offert deo tanq̄ soli principio sue creationis & soli fini sue felicitationis & saluationis. Ex isto sequitur correlarie q̄ sacrificium exterius debet correspondere sacrificio interiori & ecōtra: quia aliter nō esset actus religionis/ & esset sacrificiū fictum/ & non verum

Tertium notabile triplex deo offertur sacrificium

¶ Tertio notandū est q̄ triplex sacrificiū deo offertur vel offerri pōt sicut triplex est homis bonū. primū bonū est actus interior & est aia & isto sacrificio debet animā suā offerre deo. aliud est bonū corpis: & tunc est sacrificiū qñ hō bonū corpis deo offert faciendo corpi abstinentiā. terciū est bonū exterius/ & tunc est sacrificium qñ quis deo imediate illa bona s. sua tribuit puta paupibus q̄tum potest/ & hoc ad istū finē vt animā suam deo reddat. Sed primum sacrificiū est principalius.

Prima conclusio

